dicula:nõ cũ amoroſo dicuntur:tamẽ.n.nõ ſal ſed natura ridetur.Dicit ergo moroſus a nimia diligẽtia & ſeruitute quotiẽs plus diligẽtiæ q̃ oporteat ĩpendimus rebus uel noſtris uel alienis. Noſtris q̃dem quũ minutiſſima quæq; diſquirimus & nullius frugis.Aliẽis cũ de rebus cæteꝝ occultoribus nõ ſatis cũ pudore pſcrutamur aut interrogamus. Trãſtrũ ſimiliter ſcribitur:& cõſtruo:uidelicet cõ.n.ante.s.Ante.t.ſimiliter finit.n.p̃cedentẽ ſyllabã: ut planta:& inde plantaꝝ:quæ Seruius ſup geor. gi.ſic ſuperat.Plantæ ſunt inqt raptæ de arboribus Plãtaria uero quæ ex ſæminibus nata cũ radicibus terra ꝓpria trãferunt:Vir.eo loco:& uiua ſua plãtaria terra.Alii uero generalius plãtas ſiue euulſas ſiue non conſitas ſignificare uoluerũt: Non ãtpro loco aliquãdo poſitum fuit.Promõtorium ẽt cum .o.ĩ ſecũda ſcribit:& proprie mons eſt in mari ꝓminẽs:Pli.li.xxxvi.naturalis hiſtoriæ:Promõtorii inqt aperiuntur in mari & reꝝ natura agitur ĩ planum.Liui.li.xxxiii.Aut aperiẽtibus claſſem ꝓmõtorii:idẽ li.xlv.Adiunctiq; iſula euboia & excurrẽtẽ in altũ uelut promontoria attica terra ſita. Munimenta quidẽ ẽt cũ.u.in prima:&.i.ĩ ſecunda ſcriptũ a munio deſcendit:& ſunt munitiones caſtrorũ cæterũq; rerum:quæ contra aduentũ hoſtium muniũt:ſiue uallo & foſſa:ſiue alio quo uis modo quo ſunt milites ab hoſtiũ aduẽtu muniti. Monumenta uero cũ.o.in prima &.u.in ſecũda ſcriptum a moneo deſcendit.Et ſunt ſepulchra ſtatuæ tituli libri cæteraq;:quæ uos alicuius rei p̃terite moneãt nã in honorẽ mortui illa fiũt nõ in publicã p̃ceptionem:ut q̃dam ſomniãt:q; nos noſtræ ipſoꝝ mortis admoneãt.Vnde & ſi deſint litteræ:aut alii tituli magis ſepulchrũ:q̃ monumẽtũ erit Liui.li.xlvii. Vtrobiq; inqt monumẽta oſtenduntur.Nã & linterni monumẽtũ monumẽtoq; ſtatua ſuperim poſita:quã tempeſtate diſiectã nuper uidimus ipſi & Romæ extra portã capenam ĩ Scipionũ monumẽto tres ſtatuæ ſunt.Quaꝝ duæ Publii & Lucii Scipionũ dicunt eſſe.Tertia poetæ qnti Enni. Sciẽter eodẽ mõ ſcribitur:& idẽ eſt quod ſcientia:& nõ ex ignorantia.At ſcite idem eſt:quod docte & perite: artificioſeq;.Idemtidẽ cũ.n.ante.t.ſcribit:& ſignificat idem q̃d frequenter eodem mõ.At ittidem idẽ eſt q̃d ſimiliter.Parentare ſimiliter cũ.n.finiẽte ſyllabam ante.t.ſcribit:& a parentibus deductũ ẽ.Nã teſte Hieronymo ĩ Hieremia li.iii.Mos eſt.n.gentibus ferre cibos & præparare cõuiuiũ:quod græci uocant:& a noſtris uulgo appellatur parentalia:eo q; parentibus iã defunctis iſta iã celebrant hæc ille.Similiter Cornelia mater ad Gracchum filiũ apud Cornelium nepotem.Vbi mortua ero parentabis mihi:& inuocabis deũ parentem .Vnde Seruilianus pontifex teſte Machrobio lib.ſaturnaliũ primo:negabat oportere atro die parentare. qa tunc quoque lanum louemq; præfari neceſſe eſt: quos noiare atro die nõ oportet.Varro autem lib. .v.de lingua latina ferialia inquit ab inferis & ferẽdo:quod ferunt tum epulas ad ſepulchrum: q̃bus ius ſibi parentare.Intercludo non ſolum.n.ante.t. ſed.r.ante.c.detinet.Et ut quidam ferunt.n.ipſum euphoniæ cauſa iteriectum fuit:ita ut ſit iter clau/

do:ut Virg.Intercluſit hyems:& terruit auſter eũtes.Cic.qui iter pœnoꝝ cadaueribus corpoꝝ ſuorum intercludendũ putauerunt. Nam ĩtrocludo cum.o.ante.c.cẽ iterioribus cludo. Tento tentas ſimiliter cum ſolo.n.ante.r.ſcribitur:& non per.m. &.p.litteras:ut inſcii quidam putãt. Nam nõ a tẽno ſed a tendo:uel a teneo deriuatur:& ſecundum utranq; deriuationem cum ſolo.n.ſcribendũ erit. Nam tendo certe facit tentum.Vnde tentigo & tẽtorium & eius compoſita.Intendo intentum. Vnde intenti nerui uel cithararum uel arcuum. Extẽdo extẽtum:ut Virgi.Et ſi quem extenta plagaꝝ. Quattuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui.Cõtendo contentum.Vnde apud Cice.contenta uoce dicẽdum.Nõnũquam & ꝓ eo q̃ ſtatui ſuo acquieſcit:ut id:Paucis.n. minimiſq; natura cõtenta eſt. Et Hora.in primo ſermonũ. Qui fit mecœnas ut nẽo quã ſibi fortẽ.Seu ratio dederit:ſeu ſors obiecerit ulla Contentus uiuat.Facit ẽt p̃tendo p̃tentũ: ut Virgi.Prætentaq; littora uelis.Oſtendo oſtẽtũ: unde oſtentum oſtenti.Portẽdo portẽtum : unde portẽtum portẽti.Et ſic ſecũdum iſtos q tentat q̃ſi manum tẽdit:ut aliam corporis partem in id qd̃ experiri uult & exqrere.Alii uero a teneo deriuari uolũt:quod ut aiũt ipſa uerbi ſignificatio mõſtrare uidet.Nam tentare experiri eſt uel inquirere: & uerbo uel re quaſi manu tenere.Cice.in paradoxis Tẽtare uolui an ita dici poſſint ut ꝓbarent.Virgilius in ſecõdo ænei.Vix primi p̃lia tẽtãt. Vnde a teneo uel tẽdo ſupinum fit tentum per ſolũ.n.Vnde tento frequẽtatiuum:& participium tentatus tentata tentatum.Cicero in officiis. Tentata eſt res ab omni genere hoĩum.Quin & tentaturus:& Virg. in quarto ænei.Tentaturum aditus & quæ moliſſima fandi Tempora.Ante.i.cõſonãs ẽt põt.n. præcedentẽ ſyllabam terminare:ut cõiungo cõiugiũ. Similiter ante.n.cõſonans ut cõuerto conuitiũ:q̃d teſte Labeone iuriſconſulto dicit uel a cõcitatione uel a cõuẽtu:hoc eſt a collatione uocũ. Cum enim in unum complures uoces conferunt:conuitiũ appellat:quaſi cõuocium.Et ſubdit quod autẽ nec ĩ cœtu:nec uociferatione dicitur conuitium non ꝓprie dicit.Ante.x.ſimiliter põt.n.ſyllabam terminare:ut anxius:anxur:de quo in ſequentibus uidebimus.Verũ ſi dictio terminata in.n. cõponat cũ alia dictiõe ĩcipiente.a.b.uel.a.p.uel.ab.l.uel.ab.m. mutat.n.in.m.ut combibo:imbuo:q̃d ꝓprie ẽ teſte Seruio in buco.incoho initio:ſed ut ait reperit ẽt apud antiquiores pro eo quod ẽ pfundo & madefacio.Impius compitum:q̃d teſte Seruio in ſecũdum georgicorum:quadriuium eſt eo quod multæ uiæ in unum cõfluant.Virgilius.Præmiaq; ingentes pagos & compita circũ Theſidæ poſuere.Illido collido collidium immunis comunis.

De ſyllabis deſinentibus in.p.

N.p.nulla ſyllaba terminatur: niſi ſequens
i quoq; ab illa incipiat ut ſuppliciũ ſupplicio appeto appello apparet Hippocrates Hippocoon:de q̃bus ĩ ſuis dictionibus uidebimus lippus is dr̃ q hẽt lachrymãtes oculos : plænoſq; macore & putore & ut q̃dã ferunt q̃ſi λιαν.Abũdãter pus.i.putor.ita ut.a. in compoſitione abiiciatur &

in.p.cõuersum dicaf:quod an uerg fit ipſi uiderit At uero ſupellex cũ unico.p.& duplicato.l.ſcribiſ habetq primam breuem.Iuuenalis in ſatyra Atticus eximiæ:Tales ergo cibi qlis domus atq ſupellex.Non põt.p.etiam inter.m.&.n.aliquo pacto in eadem dictione ſcribi:quia nec i eadem Syllaba cũ illis nec præcedentem.m.ſyllabam cum.n. icipere põt.Non etiam poteſt.p.in eadem ſyllaba poſt.r. collocari:ut ſupra uidimus.

De ſyllabis deſinentibus in.q.

i N.q.nulla ſyllaba cuiuſcunq dictionis terminari poteſt.

De ſyllabis deſinentibus in.r.

q Vero littera quacũq cõſonante ſequẽte poteſt priorem ſyllabã terminare:ut orbus.Et is diciſ qcunq rechara priuatus eſt: ꝓprie oculoꝝ luce:ut Iuuenalis in tertia ſatyra: dudum uigilantibus orbis.i.lucẽ priuatis:qui iuxta triuia: & compita pontes dormire ſolebant:ut a tranſeuntibus ẽt ante diẽ elemoſynam accipierent. Deinde parens amiſſis liberis: quaſi amiſſa luce occuloꝝ ut idem in eadẽ ſatyra:Perſicus orborum lautiſſimus.Et ide orbitas quæ eſt illa qualitas patrũ poſt amiſſos liberos.Et uxoris uiduitas poſt amiſſum maritum.Diciſ etiã orbus quaſi orphanus & orbitas q̃ſi orphanitas.Ante.c.ut fartio & ide fartus & refertus cum.t.abſq.c.ſaturatus: ſimiliter exercitus:qui Vlpiano teſte de militari teſtamento ab exercitatione nomẽ traxit.Vnde exercitorius is diciſ qui ſe exercet.Percitus qui iracũdia furoreq eſt incitatus.At parcus nõ ab arca ut Caius Baſſus in libris de origine uocabuloꝝ uoluit:quaſi par arcæ diceref:quando ſicut in arca oĩa recondunf:eiuſq cuſtodia ſeruanf & cõtinenf:ita homo tenax parcuoq cõtẽtus oĩa cuſtodia & recõdita habeat ſicut arca.Neq ab arcendo quod pecuniã conſumi atq impendi arceat:& prohibeat:quaſi pecũiarcus.Sed teſte Gellio in fine libri.iii.noctiũ atticarum:ab eo quod eſt paruum & parum denominatus eſt. Velut aliis magis placet a parco parcis. Similiter circuo ſcribiſ:a quo ciliũ duciſ.Et ide ſupercilĩũ cõponiſ.Nã teſte Pli.lib.x.naturalis hiſtoriæ.Extremæ ambitũ genæ ſupioris antiqui ciliũ uocauere: unde & quæ pilis obteguntf ſupercilia.Nam & gena dicitur:quæ uulgo palpebra uocatur:hoc eſt ea membrana qua quaſi ueſte oculus ĩtegitur.i.quæ aperitur & clauditur:hoc plurimi auctores obſeruauere.Pli.in eodem loco inquit: Quibus fragilia operimenta his oculi duri.Omnia talia & piſces in ſectas nõ habẽt genas:nec ĩtegũt oculos: omnibus membrana uitri modo tranſlucida obtendiſ. Seneca i.Oedipo.Et perirati ſibi genas parentis.i.oculos.Cõtinens exprimẽs pro cõtento. Vt ſimili mõ draconis genæ ꝓ oculis poſitæ ſunt:Quintilianus in declamationibus de cæco loquens ĩquit illa perpetua nocte clauſæ genæ nõ cuſtodierunt. Veꝝ & nonnunq̃ pro eo loco ubi naſcunf pili accæptum compi.Hora.i ultimo carminum. Vel cur his animis ĩ columes nõ redeũt gene.Nã mala generis fœminini a ſimilitudine mali:hoc eſt eius generis pomi nomẽ aſumpſit.Nã id eſt: quod ꝑeminet inter naſum oculos & bucã:qđ rotundũ eſt: & in ſpẽm mali.Vnde tã mala quã malum pomũ primã producit:ſed malus mala malũ:primã corripit.Plinius lib.xi.naturalis hiſto.ifra oculos inquit malæ hoiſunt:Et ſubdit:ibi maxime oſtendiſ pudor: at ea ĩterior pars q̃ oris hiatum efficit:ubi malores affixi ſunt maxilla diciſ qđ nomẽ eſt diminutiuũ nõ re ſed uoce Ante.d.finit.r.ſyllabã:ut ꝓditus q in omne ſcelus eſt traditus.Cardo qui teſte Ser.ſuper primũ ænei diciſ quaſi cor ianuæ: quo.ſ.illa mouef: Ardeo & inde ĩchoatiuum ardeſco.Vnde teſte Priſciano.Omnia in ſco deſinentia uerba ĩchoationẽ ſignificant & ĩchoatiua uocanf.Inducitq uerſum Virg.in primo ænei:ubi de Diomede ait: Expleri mentem nequi ardeſcitq uidendo.Idem grãmatici omnes quos legimus affirmare uidentur. Excæpto Laurentio meo Vallenſi:qui in libris de legantia ad me ſcriptis nullo pacto ĩchoatiua huiuſmodi uerba eſſe uoluit:ut ibidem longo ꝓceſſu diſputat.Nec apud Virg.& alios auctores ĩchoationem ſignificare uidentur:ſed magis poſſeſſionem quãdam ſeu operationem:cũ illo hoc in paſſu deſignare putamus ut apud Quintilianũ:Tenuit ingt cõſuetudo q̃ quotidie magis inualeſcit.Et Cic. Quãto plura ille miſcebat tanto hic magis indies cõſuetudo cõualeſcebat.Quin & illud eccleſiaſticum: q ſordeſcit adhuc:non.n.põt quid quotidie incipere ualidum fieri:& quidem magis cum inchoationẽ nihil ꝑcedat.Nec qđ ſordet põt incipere adhuc ſordere.i.magis:quia ſic quoq antea icœperat.Nam græce per paſſiuum uerbum explicatum eſt:quod nihil aliud ſignificat q̃ ſordi detur.Vnde Plau.ĩ captiuis.Ego ingt tuo merore maceror:macerſco:cõſeneſco:& tabeſco miſer:ꝓ eodẽ pœne accæpit maceror & maceſco.Niſi quod maceror ad aium magis ptiet quaſi affligor:Maceſco magis ad corpus: ſed nullam prorſus ĩchoationẽ deſignat aliter iuanum dixiſſet Virgi.incipiunt cum ait:maria incipiunt agitata tumeſcere:& idem fluctus uti Priamo cœpit cum albeſcere põto.Et itez in.iii.geor. Si in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. Nã magis ꝓprium fuiſſet dicere quod tumeſcebant:albeſcebant.crudeſcebant.i.incipiebãt ſiue inchoabãt tumere:labere crudere.Non ergo eiuſmodi uerba q̃ inchoatiua uocamus aliud ſignãt q̃ uerba cõpoſita p fio:ut ardefio:calefio:frigefio:inualefio:tepefio:ſordefio:ægrefio.Niſi quod hæc ĩ uſu nõ ſunt illa quoq uſum accæperunt:& ut alii qdem dicũt: quæ inſco deſinunt paſſionem in ſe habẽt:q̃ uero ĩ fio extrinſecus aſſumũt:ut Suetonius in ægypto ĩquit:Cæſar cum hoſtes fugeret elata leua natabat ne libelli quos tenebat madefierent:melius q̃ madeſcerent.Et cũ fores aperiũtur:melius pateſiũt dicitur q̃ pateſcunt.At cũ quis in balneo ſudore irrigatur:magis ille madeſcit.Idẽ ſi fores ſua ſpõte aperiantur:magis pateſcunt q̃ pateſiunt.Ante .f. ſimiliter finit.r.ſyllaba p̃cedentem: ut pfidus hoc é q fidẽ uiolat pfuga qui ad hoſtes tranſit.Perfere ubi per uſq ad finem aliquid conduci denotat:hoc eſt uſq ad cõſtitutum finẽ ferre Vir.in.xii.ænei. Nec ſpacium euaſit nec totum ptulit ictum.Vnde multi ferunt litteras:ſed eas negligentia uel odio uel caſu non perferunt.Cice.ſednuntius ille qui litteras

accæpit nõ pertulit, Seneca ī tragœdiis: leue est miſerias ferre perferre est graue, i. ad ſpacium temporis in miſeriis eſſe leue est: ad finem uero uſque uitæ graue. Nõnunq̃ uero. p. quaſi medium indicat ut pfluere hoc ẽ p medium alicuius fluere: ut ſi lagena male materiata maleq; compacta fit pfluit id est p eius medium humor qui intus est fluit. Terẽtius hac atq; illac perfluo ideſt in modũ nõ fidelis lagenæ quæ mihi cõmittũtur effundo: idẽ ẽ trafluo: quo Plinius ſæpe utitur. Ante. g. ſimiliter p̃cedẽtẽ ſyllabã terminare poteſt. r. ut margo p graue. Argutus hoc est qui acuta q̃dam & accurata ſolertia est p̃ditus: quaſi acute arguens & inueſtigans. p gula quæ a pergendo dicitur: ordo est ac cœtus miniſtrorum obediẽtiũ ſtructuri. Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie: Sed nec ſtructor erit cui cedere debeat omnis pgula. i. pergẽtiuus ordo Ante. l. finit etiã. r. p̃cedẽtem ſyllabã: ut plego quod est uſq; ad finem lego. Quint. libro. xi. de iſtitutiõe oratoria. Ideoq; opus est in tueri omne litis inſtrumentum qđ uidere nõ est ſatis ſed plegendũ erit. Oui. in epiſtolis. Perlegis an coniux ꝓhibet noua? plege non est. Sane antiqui ſeq̃nte. l. ipſum. r. in. l. q̃doq; cõuertebant: & plego cũ duplicato. l. ſcribebãt: ſimiliter pluceo: unde & pellego & pelluceo ſignabãt: ut ſupra uidimus ī littera. l. & ẽ p lucidũ id: p cuius medium fulgor emanat: Itẽ trãſlucens & trãſlucidus At pſpicuum id dicimus: p cuius medium licet ſit optum oculos dimittamus: atq; p illos uidemus: ut aqua: glacies: laterna: ueſcica: uitreũ: chryſtallus. Vnde ea plærũq; ad mẽtẽ & hoĩum uirtutes trãſferimus. Suplatiũ ſimili mõ habet. r. finientẽ ſyllabã ante. l. & il dicit: quod ſup alia latũ est. Nã ſecũdũ obſeruantiã Cic. aliorũq; pricipũ linguæ latinæ ſummũ gradũ detinet inter plura: quæ ĩter ſe diſtinctionẽ habent comparationis. ut Achilles est fortiſſimus græcorũ: quia inter grecos unus alio fortior est: & ille est fortiſſimus. Nã ſi pares oẽs græci p̃ter Achillẽ fuiſſent: qa non p cõparationem alia diſtinguerent: & duæ tãtũmodo partes eẽnt: utẽdũ eſſet cõparatiuo: quoniã cõparatiuũ ĩter duo eſſe debet ſuplatiuũ inter plura. Si mõ tria ſunt & inter ſe imparitatẽ importent: Veluti ſi in duas partes ciuitas diuiſa ẽ: ut bello ciuili Pompeii & Cæſa. recte dicimus: Maior pars quiritiũ ſequæbat Pompeiũ minor Cæſarẽ: nõ aũt maxima aut minima recte dici poteſt. Sin ī tres partes: ut ī tpe triumuirali: quum inter ſe diſpares eſſent dicendũ eſſet. Maxima pars quiritium ſeq̃bat Octauianũ. maxima pars legionũm erat cum Lepido: Maxima pars nauium erat cum. M. Antonio. Nec dicẽdũ est: maior pars quũ inter hæc tria ſit comparatio & unum ſupremum quod ſane ſuperlatiuũ exigit. Sicut digitorũ lõgiſſimus est & nõ longior: medius. Hoc Cicero. apertiſſime oſtendit tũ late in pluribus locis: Tum breuiſſime quum ait ī Piſonem: Me quum quæſtorẽ in primis: ædilem priorẽ: prætorem primum cunctis ſuffragiis populus rõanus faciebat. Aedilẽ priorem dixit: quia duo tatũ erant ædiles: ſicut duo cõſores & duo conſules. Cæteri autem fere oẽs magiſtratus multi: ut quæſtor p̃tor: Huius rei ſigs fidem deſideret: ſp binos ædiles apud terentiũ leget: uti nos etiã in dictione diphthongus oſtendemus. Quoniam & Cicero pro Milione ĩquit. Septem p̃tores: octo tribuni plæbis illius aduerſarii defenſores mei. Nam q̃ſtores pene ſinguli ſingulis ꝓuiciis p̃ficiebant. Quas res nõ ſatis conſideraſſe Lactantius deꝓhenſus est: cum libro inſtitutionũ. vii. ait: ut ea ipſa quæ dicerem non noſtris ſed aliorũ potiſſimum litteris confirmarem: potiſſimũ dixit ꝓ potius: duæ. n. partes erant nõ multæ: & lib. primo eiuſdem uoluminis cũ ait. Oẽs ſyllabæ unũ deum p̃dicãt: maxie tamen Erithrea: quæ celebrior inter cæteras & nobilior habet. Nam ſecũdũ antiquorũ obſeruãtiã celeberrima & nobiliſſima dicẽdũ erat. Sane id ẽt ꝓſpiciendum est nos uti debere comparatiuo ad unum ſui generis: ad plures ſuperlatiuo: ut romanus alio romano non romanis fortior dici põt: ſed romanorũ tantũmõ fortiſſimus. Similiter Achilles troianis fortior fuit: & troianorũ. Hector fortiſſimus. At ille græcorũ. Quia ut diximus cõparatiuũ ĩter duo eẽ debet. Ẽt diuerſum genus: ut unũ tantũmõ ad id qđ cõparat se hẽt. Quæ cũ nõnulli diſcernere uoluerint in diuerſas ambages ꝓlapſi ſunt: Ante. m. ſimiliter. r. p̃cedentẽ ſyllabam ualet terminare: ut arma q̃ teſte Ser. i. xii. æne. ſunt uniuſcuiuſq; rei poſſibilitas. Vnde est. Querere cõſcius arma. i. dolos. Et in eodẽ. xii. Tum demũ mouet arma leo: habet etiam alia ſignificata: q̃ Priſcianus in libello. xii. carminum Virg. late explicat. Et ide armiger: qui quaſi arma gerẽs dicit. Nam is ẽ qui in p̃lio gerit tæla domini ſui ut arcũ: ut lãceam & cætera huiuſmodi. Et certe apud Homerum armigeri magnorũ principũ ſemper & ipſi magni uiri fuerũt: ut Autumedõ & Patroclus armigeri fuerunt Achillis & Helenus Capanei regis filius auriga diomedis: & meriõnes ĩter primos duces cretẽſiũ auriga Idomenei: Hectori aligs fratrũ ſæpe aurigabat currum. ſic Acetes alitor & nutritius Pallãtis auriga fuit Euandri dicẽte Virgilio æne. xi. Corpus ubi exanimi poſitũ pallantis acetes. Seruabat ſenior qui parrhaſio Euandro Armiger ante fuit: ſed non fœlicibus æque. Tum cões auſpiciis carodatus ibat alũno. i. domino teſte Nonio Marcello qui dure nimiũ ne inerudite dicam exponit. Ita ut ignoraſſe uideatur nutricios & alitores magnorũ nobiliũ magnos & ipſos ſemp fuiſſe. Et ab ipſo alitore & nutricio: Acete mortẽ pallantis quẽ aluerat & loco filii habebat multo triſtius deplorari: q̃ ſi uel Euãder ipſe fuiſſet occiſus. Sic aꝑ Homer. phœnix Achillẽ habuit: quem educaſſe filium ſemper appellabat pro alumno. Permanere ſimiliter cũ. r. finiẽte ſyllabã ante. m. ſcribitur ubi per. ut ī aliis dixímus ad finem uſq; perducit. Plin. nepos. Tunc demum lente cunctanterq; ueniunt: nec tamen permanent ſed ante finem recedunt aliquando uero: p ipſum prouolde ponit: ut permagnum ideſt ualde magnũ. Tormentum ſimiliter habet. r. ante. m. & a torqueo deducit. Eſt generale uocabulum omnium machinarũ bellicarũ ingentia ſaxa torquẽtium Ante. n. ſimiliter poteſt. r. p̃cedẽtẽ ſyllabã termiare ut taberna: quæ ea dicit ubi opera ipſa cæteræque merces uenditantur. Et quædam uocant lanaria: quædã uinaria: q̃dam olearia: & mille huiuſmodi

unde opifices & tabernarii uocanť Cice. L. Flacco: Opifices & tabernarios atq; illā omnē facē ciuitatū qđ ē negocii cōcitare. Et differt ab officina: qa officina ē statuarii: fusoris: flatoris: celatoris: excusoris: uictrarii: pictoris: futoris: fabri: q multiplex ē ut lignarius: & hic nō unius generis: ferarius nec hic simplex: lapidarius: qui ī multas & ipe diuidiť species: Nōnunq̄ uero & pro uno eodemq; loco officinam & tabernam positam cōperi: ut sutrina in q̄ calcei & fiunt & uenduntť: ut in dictione ergastula uidebimus: q̄dam ēt suū nomen secū habent ut hæc ipsa sutrina sutoris: aurificina aurificis: cauponis caupona. Tamen & eam quæ uinū uenditat: cauponā uocamus. Quidam malunt dicere coponam cum .o. ī prima pro loco argētariā quidam pro artificio & argentarium pro artifice assumpscere. At Cicer. Liuius & ēt alii quamplures antiqui pro eo accipiunt: qui uulgo campsor diciť. Vnde Plautus ī curgulionē trapezitā & argentarium ꝑ eodē accæpit. At qui munitiores sunt numularii a nobis & mēsarii dicunť: a græcis uero collyuistæ: fabrica uero ꝑprie ē lignarii. Carniū similiter scribiť: & non est locus ubi caro salsa suspendiť: sed caro ipsa: ut si cōtentum pro cōtinente sumať: ut similiter calciariū pro calceo poniť: cibaria pro cibis. Ante. p. consimili mō potest. r. præcedentē syllabam terminare: ut corpus: quod nō solū ꝑ massa & artubus & membris compacta: sed ēt pro sola carne auctores posuerunt. Cice. ad Gallum. Ego cogito comorari quoad me refitiā. Nam & uires & corpus amissi: sed si morbū depulero: facile ut spo illa reuocabo. Quī. in qnto: Hæret astricta undātis ossibus cutis: & in fame sua hoie cōsumpto. Iā mēbra sine corpore. i. sine carne. Quod ēt significauit Martialis cum ait: Viuebant laceri mēbris stillantibus artus. Inq; omni nusq̄ corpore corpus erat hoc est ī corpore illius nō erat caro. Puerpera quæ a puero & pario cōponiť. Nā mulieres illas dicimus: q̄ proximis diebus matres sunt factæ. Perpessus qui laboriose ē passus ꝑpluere hoc ē ꝑmedium alicuius pluere. Nā ex his est in quibus: per quasi mediū indicat. Quint. in. v. de institutione oratoria: cū cœnaculum īquit eius perplueret. Vsurpare uero ab usu discendit. Vnde est quasi præter usum capere: & tunc quoq; ē cū q̄dā auctoritate dicto aut facto præter cōsuetudinē utimur siue usitamus. Cicero in oratore: Post inuēta conclusio est: quē credo usurpaturos illos fuisse: si iā nota atq; usitata res esset: quam iuentā usurpare magnos oratores uidemus. Ante. q. similiter finire pōt syllabā. r. ut arquitenens quasi arcitenens: hoc est arcū tenēs. Vir. in. iii. æneidos: Quam pius arquitenēs oras & littora circū. Ante alterā potest similī mō. r. syllabā termīare: ut currus scurra hoc est ut qdam fingūt: quasi sequens curiā. Nā ꝑprie is est: qui risum ab audientibus capta. Exhorreo. i. expauesco & sp accusatiuum exposcit: ut exhorreo hāc rē: at abhorreo ab hac re: aliud significat: ut supra uidimus. Torreo uero ī una eadēq; uoce diuersas hēt significatiōes: & tam uro q̄ uoluo seu uerto significat. Vir. ī tertio georgicoꝝ. Iam rapidus torrens sitientes sirius indos. i. urens. Lucanus in septimo ingentes fato torrente ruinas. i. uertēte uel uolueute. At seró seras primæ coniugationis: quod est claudo claudis ꝑ unicū. r. scribiť: unde sera q̄ claudimus: similiter ꝑ unū. r. scribi debet. Iuuenalis ī satyra Credo pudicitiam īquit: Pone serā cohibe sed quis custodiet ipsos Custodes. At uero serra ꝑ duplex. r. ea diciť: quam uulgo secam noīamus. Ante .s. pōt ēt. r. syllabā terminare: ut morsus: uersatilis: de quo in dictione scæna uidebimus. Persequor q̄ in malā partē & in bonam accipi pōt. Nam ī malā idem est quod īsequor & insector. In bonam uero cū ꝑsequor. i. ꝑseuero exequi qđ agere cœpam: & differt secūdū aliquos a ꝑsequor qđ actiōem quā dā significat: quæ alterius affectum in alterꝝ denotat: & nunquā fere ablatiui comitatu caret: ut ꝑsequor te oculis charitate honore uersibus cantu cōuiciis odio. Vereꝝ nōnunquā idem qđ ꝑsequor: & ī malam ac ī bonā partē designare uideť: ī malam quidem: ut Virg. libro tertio æneidos: ꝑsequitur surgens a puppi uentus euntes. i. īsequitur. In bonam uero: hoc est cum perseuero exequi quod agere cœperam est idē. Virgilius libro secundo æneidos: cū ait de Sinone. Prosequiť pauitans & ficto pectore fať. Idem in sexto. Prosequiť lachrymans longe & miseratus euntem. Versus quod aduerbiū est: ut tenus & semper postponiť: ut italiam uersus Siciliā uersus quin & ad castra uersus: ut in forum uersus Cicero in Lælio. Qui primus in forum uersus īstituit agere cum populo. Liuius libro primo: Ex superiori parte ædium in nouā uiam uersus habitabat enim rex ad Iouis statoris œdem populum: Tanaquil alloquiť. Vnde ait Priscianus: Sūt q̄dā unā loci significationem habentia: quæ est ad locū: ut horsum seorsum deorsum sursum siniſtrorsum dextrorsum. Similiter aduerbia ostēduntť compositā: Italiā uersus: siciliam uersus quæ ipse accētus ostendit esse compositā. Nisi dicamus qđ uersus īclinat sibi suprapositā nominata. Perscribo usq; ad finē aliqd scribo designat. Liuius in initio suæ historiæ. Facturus ne operæ p̄ciū sim: si res gestas populi romani ab initio ꝑscripserim. Persuadeo similiter quod est cū effectu suadendo prorsus īduco. Cice. in philippicis. Duo tantum tempora inciderunt: qbus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim: ea uelim reprehendas potes. Vnū ne quinquēniū Cæsari imperiū ꝑrogareť: alterum ne pateret fieri: ut absentis eius ratio haberetur. Quoꝝ si utrumuis persuasissem: in has miserias nūq̄ īcidissemus Suasit ergo & non persuasit Cicero Pōpeio. Vnde persuadere est in effectu. Suadere uero in actu itēq; dissuadere. Nā suasor & dissuasor nisi persuadeant: nihil effecerūt. Ideo ait Quintiliāus: partem deliberatiuam officiis cōstare duobus suadendi & dissuadendi: nō dixit ꝑsuadendi. Quoniā oratoris officium in euentu non ponitur: qualis ē persuasio. Neq; eius ars est ꝑsuadēdi: sed suadēdi: & dissuadēdi ī deliberatiuo genere. In uniuersam autem benedicendi. quod est in actu non in euētu Versipellis similiter habet. r. finientē syllabam ante .s. Et is dicitur qui facile uertit pellē: hoc est ultum & apparētiam. Versutus uero teste Cicero. i. tertio de natura deorum a uersando dicitur. Vnde ait uersutos appello: quorum tanq̄ celer rota mēs

uersatur. At pſona teſte C. Faſſo ī libris de origine uocabulorum a perſuadendo deducit. Nam caput inquit & os cooperimēto perſonæ tactum undiq; unaq; tantum uocis emittendæ uia peruium: quo niā non uaga neq; diffuſa eſt ī unum tātummodo exitū collectam: coactamq; uocem is magis claros canoroſq; ſonitus facit. Quoniam igit̄ idumētū illud oris clareſcere: & reſonare uocē facit ob eam cauſam perſonam dicta eſt. o. littera propter uocabuli formā productiore. Ante. t. ſimiliter poteſt. r. ſyllabam terminare: ut pertinax: qui nimis eſt tenax. uertex qui a uertor deducitur. Nā teſte Quintiliāo eſt contorta in ſe aqua: uel quicquid aliud ſimiliter uertitur. Virgilius in. i. Ingens a uertice pontus: inde propter flexum capillorum pars ſumma capitis ſic dicitur: Ex quo & in mōtibus eminētiſſimū recte dixeris hæc omnia uertices. Vbertim aduerbiū eſt ab ubertate deductū & ſignificat copioſe. Apertile ſimiliter ſcribit̄: & ſignificat quod aptū eſt: ut Ouidi. de triſtibus. Aſpicis a dextra latus hoc ad apertile tauri. Libertius & libertus a libertate dicūtur: & in hoc differunt teſte Laurentio meo Vallē/ſi: quod libertinus relatiuum eſt ingenui. Libertus relatiuum eſt patroni. Nam licet unus idēq; ſit libertinus & libertus: per libertinum tamē ſignificamus cōditionem hoīs ſicut p ingenium: per libertū uero ſignificamus priuatum quendam reſpectū ſicut per patronum. ideo libertinus adiectiuum eſt ſicut ingenuus. Libertus ſubſtantiuum ſicut patronus: ut libertinus homo: libertina mulier: libertiæ cōditionis. At non libertinus Cæſaris: ſed libertus dicitur: ut Meſſalinæ liberta: Claudii libertus: Agrippinæ libertus: Impertior ēt cū. e. ante. r. teſte priſciano licet a partior cōponatur. Ante. i. conſonans pōt ēt. r. ſyllabā claudere: ut piurus. i. qui iuſiurandū uiolat. Per iucundum. i. ualde iucundū. Ante. u. conſonans ſimiliter: ut coruus: proteruus: hoc ē q uerbis aut factis eſt cōtumelioſus. Cicero pro Cælio: ſi uidua libere ꝓterua petulanter diues effuſæ libidinoſa uiueret: & reliqua. Nam ꝓteruia leuior eſt contumelia: Procacitas maior: petulantia maxima. Vnde ꝓcaces quoq; meretrices legimus quæ mordaciter & iniurioſe loquūt̄: qualis Bacchis terentiana. ideo ait Cice. in ſaluſtium ne in idē incidā uitiū procacitatis: quod huic obiicio. Et iteꝝ enim nō procacitate linguæ uitæ ſordes eluuntur. Sane petulantia laſciuia eſt. Ouidius Quin ēt ut poſſem uerbis petulantius uti: Non ſemel ebrietas ē ſimulata mihi: ideſt licētius & laſciuius. Dicero ī ſaluſtium. Nam quod iſta inuſitata rabiæ petulanter in uxorem filiamq; meā inuaſiſti. Idem in eundem: Deſine bonos petulantiſſima īſectari lingua: & ide petulcus. Virgilius ī quarto georgicorum. Hædiq; petulci: Nam ſolent hædi iniuriam facere per aſſitatem quandā tranſcendēdo ſeptem: & in alio loco penetrando: quæ nimia petulātia eſt. Peruicacia uero uix ab obſtinatione differt. Interuetere autē rem aut commodatam aut depoſitam aut creditā callide doloque ne domine reſtituatur efficere. Cicero in Verrem cādelabrum quod rex ægypti Ioui Capitolino dono tulerat a Verre: q illud commodato a rege accæperat: interuerſum eſſe conquærit Marcellus iuriſcōſultus. Si duo inquit hæredes rē apud defunctum depoſitam dolo interuerterit & reliqua. At iuertere eſt q̄ſi ī cōtrariū uertere: ut ueſtem aut pellem: ſeu etiam uerba præpoſtere pronunciare Peruigilare ſimiliter ſcribit̄: & ex his eſt: in quibus. per. uſq; ad finem cōducere denotat. Nā que eſt totam noctem inſomnē ducere. Martialis ī epigrammatibus. Nam uigilare leue eſt peruigilare grauæ. Sane pernoctare unde pernox dicit̄ a per uigilando differt: quod hoc ītердiu quoq; fieri poteſt: illud uero tantūmodo noctu. Nā peruigil draco dictum eſt: nō quod pernox eſſet: ſed quod nūquā dormiret ſemper uigilans. Ante. x. poteſt. r. ſyllabam finire: ut Xerxes.

De ſyllabis deſinentibus in. s.

N dictionibus ſimplicibus nullius mediæ
i ſyllabæ eſt terminalis: niſi altera. s. ſequente. Nam paſcua: luſcus: coſmus: proſpera: teſtis: quæ omne ſimplices ſunt: cum ſequente cōſonante detinent. s. At in compoſitis ante. c. poteſt ſyllabam terminare: ut abſcōdo obſcurus oſculū: qā & baſium eſt & paruū os deſignat: Baſium: ut Virgilius in primo ænei. Oſcula libauit natæ ideſt leniter tetigit: ut probe interpretatur Seruius: Sed pace eius dixerint errauit Priſcianus credens nō & ſignificatum primitiui detinere: cōtra quod eſt Horatii auctoritas in odis ad Lydiā. Oſcule quæ unus quita parte ſui nectaris imbuit. Ouidi. in primo metamorphoſeon de Daphne: Videt igne micātes ſideribus ſimiles oculos. Videt oſcula quæ nō ē uidiſſe ſatis oſcula ꝓ ore poſuit ī forma diminutiua: ante. m. ut trāſmigro: qā eſt in longioris loci domicilii habitationē ue muto: ante. p. ut diſplicet: aſporto ꝓ abſporto. Ante. t. ut diſtermiat: diſtuli: abſtereo. Verum ante alteꝝ. s. in ſimplicibus & compoſitis reperitur. In ſimplicibus quidem ut caſſo caſſas: uerbum & ide caſſus: laſſo laſſas: & inde laſſus ac laſſatus. Iuue. i. ſatyra: Credo pudicitiam: & laſſata uiris nondum ſatiata receſſit: & ī eadem ſatyra Cū laſſata graui ceciderūt brachia maſſa. At laxo laxas p. x. aliud ſignificat. Nā dicimus laxas habenas: Virgi. Laxas ſciret dare iuſſus habenas. Laxā licētiā laxas ianuas: laxamus clauſtra. Virgili. Laxat clauſtra ſi nō. A ſedeo ſeſſum: & inde ſeſſiles lactucæ dicuntur quaſi ſedentes. A pateo paſſus: ut Virgili. in tertio æneidos. Et pater anchiſes paſſis de littoræ palmis. Idē in ſecūdo Paſſis priamea uirgo Crimi/nibus. Deſcendit ēt a patior ſed aliā hēt ſignificatiōnē. A iubeo iuſſus huius iuſſus & huic iuſſui quartæ declinatiōis & generis maſculini. Nā nō tuo iuſſo: ſed tuo iuſſu dicimus: ī plurali uero ſecūde ē declinationis & generis neutri. Virg. in buco. Accipe iuſſis Carmina cœpta tuis: & in q̄rto ænei. Ille pr̄is iuſſa exequit̄. Caſſis etiā per duplex. s. & duplicis ē generis ac declinatiōis. Nam hæc caſſis huius caſſidis galea q̄dam eſt. Iuue. in ſaty. Oibus in terris. Lorica & fracta de caſſide buccula pēdens. At hic caſſis huius caſſis eſt laqueus uel ræte Virgi. lib. georgicorum quinto. Aut inuiſa Mineruæ Laxos ī foribus ſuſpendet arena caſſes. Ouidius īcidet in caſſes præda petita meos. Paſſim ſimiliter quod exponit Seruius ideſt ubiq; ego magis a paſſu deductū

puto: quaſi paſſu diſtante uel ſparſim. Nam grex paſim paſcit. i. ſparſim potius q̃ ubiq; hoc ideo qa aliquid interualli eſt: inter pecudem & pecudẽ. Nõ tamen dicimus herbam eſſe paſſim i prato: ſed magis ubiq; Poma tamẽ ſtrata ſub arbore magis paſſim q̃ ubiq; Virgili. in buco. Strata iacẽt paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Ponitur etiam a Lactãtio pro undiq; quando ait. Cumq; his numerus condendæ urbi parum idoneus eſſe uideretur: conſtituit aſylum: quo paſſim confugerunt ex finitimis locis in cõpoſitis uero dictionibus reperitur. s. ante alterum. s. ſyllabam terminare. Quando alia littera i. s. cõmutata fuit: ut aſſilio: quod ẽ inuado uel aggredior: & ex ad & ſalio quod eſt ſalto componitur aſſumo & in multis aliis: ut ſupra uidimus cũ de. d. ante. s. tractaremus. Ante. i. cõſonans põt ẽ. s. ſyllabam terminare: ut diſiectus & alia nõnulla.

De ſyllabis deſinentibus in. t.

Priſciãn auctore ſupiorẽ finit ſyllabã: neceſ-
a ſe ẽ ſequentẽ quoq; ab ea incipere: ut mitto. Cotta attinet atticus: de quo ſane miror: cũ eodem teſte in libello de. xii. carminibus Virgilii hæc dictio poſtq̃ ex poſt & q̃ componat. Similiter atq; atqui etenim in. t. præcedentem ſyllabam finiunt: nõ ſubſeq̃nte. t. in alia. Nec eũ de ſolis ſimplicibus itellexiſſe dicere poſſumus cũ attinet quod ille p exẽplo iduxit: ex ad & teneo ut idẽ ſupra oſtẽderat cõponit. Quare p̃ter ea quæ dixit hoc quoq; cõſiderandũ puto: ipm uex dixiſſe tantũmõ in ſimplicibus dictiõibus: quæ ſi habeant mediã ſyllabã terminatã in. t. neceſſe ſit ſequentẽ quoq; a. t. icipere. In cõpoſitis uero id fiat dũmodo. t. pueniat ex cõmutatiõe alterius lr̃æ. Nã tũc quoq; ea fit cõmutatio cũ ſequẽs a. t. icipit: quemadmodũ ſupra oſtẽdimus in cõpoſitiõe ad præpoſitionis cũ dictionibus incipientibus a. t. ut attingo ex ad & tango: attraho ex ad & traho: attracto ex ad & tracto & ſimilia. At in ſimplicibus id certũ comperit: ut reliqua eius exẽpla oſtẽderũt. Sane legitime p unum. t. ſcribit: cũ antepenultima breuietur: Iuuenalis in ſatyra. Natali coruine die. Legitime fixis ueſtit tota tabellis Porticus. Sed dubiũ uidetur de hac dictione littera: an p unicũ. t. uel duplicatũ uel. ct. ſcribi debeat. Quod cũ ex deriuatione compoſitioneq; compræhẽdi poſſe exiſtiment. Dicũt qdam nõ magnæ auctoritatis uiri ut Vguitio: & alii nõnulli litteram a lego: & iteq; cõpoſitã eẽ. Hoc quæ ex teſtimonio Priſciani in initio de octo partibus orationis aſſerere uidentur: qui ait. Dicitur aũt littera uel quaſi legitera: eo quod legẽdi iter præbeat: uel a lituris ut qbuſdam placet: quod plærũq; i cæratis tabulis antiqui ſcribere ſolebant. Namq; litura complanatio quædam eſt & a lino linis deſcendit: quod eſt cõplano Cicero in. iiii. uerrinarum. Tabulæ ſunt in medio: quæ ſe corruptas interlinitas eſſe clamant. Paulus iuriſconſultus ad legẽ aquiliã corrupiſſe tabulas recte dici: & qui eas interlinierit. Et teſte Priſciano libro decimo facit i ſupino litum. Qui ergo uolũt a lego litterã deduci: cum unico. t. ſcribẽdam eẽ dicũt: eo quod lego primã corripiat: & per cõſequens littera primã corripe debet. Sed quia oppoſitum noſtri poetæ obſeruant q ut uidebimus illius primã ſemp ꝓducũt. dixerunt alii nõ a p̃ſenti eius uerbi: qđ ẽ lego qa primã corripit: ſed a ſupino qđ ẽ lectũ lectu lr̃a deduci & obid quoq; cũ. ct. ſcribẽdũ uolũt: q̃ſi eas duas lr̃as a ſupio aſſumat. Quiuero a lino hoc ẽ ab eius ſupino: qđ eſt litũ litterã deduci putãt: cũ tam i p̃ſenti quã i ſupino primã lino corripiat: ut Vir. in. iiii. geor. Et paribus lita corpora guttis. Luc. i. viii. Illita tela dolis nec martẽ cõminus uſq̃. Sicq; uiſum nr̃is primã eius: qđ eſt littera ꝓducere dicũt aliud. t. addẽdũ eſſe & cum duplicato. t. ſcribi debere: ut notetur primam in ea dictione producendam: & non corripiendam eſſe. Itaq; nos ſempre cum duplicatio. t. & nũquã alio modo in antiquis marmorum inſcriptionibus ſcriptam aſpeximus. Et ſic quoq; a doctiſſimis noſtræ ætatis ſcribi uidemus. littera igitur cum duplici. t. ſcribitur & ſignificat principaliter litteras illas indiuiduas: ut. a. b. c. Aliquando uero per litteram ipſam ſcribentis manũ itelligimus: ut Cice. ad Atticum. Nam Alexidis manum amabam: quod iam ꝓpe accedat ad ſimilitudinem tuæ litteræ. Nõnunquã uero & uerbum aliquod ſeu modis q̃ uerbum denotat: ut Cice. ad Cælium. Scribit ad ſe nullam litteram: Bibulum miſiſſe. Nam ut uehemẽter rem extenuaret non dixit uerbum aut ſyllabam: ſed litteram at in plurali epiſtolam deſignat p̃terq̃ apud poetas qui littera pro epiſtola uerſus gratia i ſingulari ſemper utuntur: ut Ouidi. in heroidum epiſtolis iquit. Quam legis a rapta briſeide littera uenit. Itaq; dicimus unam epiſtolam. unas litteras duas epiſtolas binas litteras: Nam Cice. per epiſtolam filium culpauit dicens. Male autem dixiſſe direxi tibi litteras duas. Cum litteræ quotiẽs epiſtolam ſignificãt: numeri tãtum pluralis ſint: & duo ad ſingularia referatur. Quod tale ẽ: ac ſi dicam: duas litteras ſcripſi: unam ad fratrem: alteram ad uxorẽ. Illud unam: & illud alteram ad litteram in ſingulari pro epiſtola: quod nõ reperitur referri haberet. Dicendum eſt ergo litteras binas: cum non dicantur bini niſi de his quæ ſunt numeri tãtum pluralis. Vt creabantur olim bini conſules: ideſt per ſingulos annos duo: hi bini incedũt: ideſt ſuo ordine duo & duo incedunt. Cice. in ſecũdo uerrinarum: inter binos ait ludos: qa ludi teſte Priſciano de põderibus quando ſpectacula ſignant: ſemper pluraliter dicuntur. Liui. i. xxv. libro. ab urbe ait. Et bina equeſtria arma ſimili modo dicẽdum ẽ: ſcribi binas litteras. i. unas ad fratrem alteras ad uxorem. Sed non dicimus ſcripſi bina teſtamenta cum ſingulare habeat & in plurali pluralitatem ſemper teſtamentorum deſignet. Sed dicimus duo teſtamẽta: unum fratri: alterum uxori. At uero poetæ licẽtia poetica hæc aliquando nõ obſeruant: ut Virgi. lib. ænei. Vni ait frænaq; bina meus q̃ nunc habet aurea pallas. Dicere. n. debuit more oratorũ: fræna duo. Sed de ternus & q̃ternus dubiũ uidet. An ternas litteras ſeu quaternas dicere poſſumus. Quod non poſſe dici Seruius ſup eundẽ. viii. cõfirmauit: ubi ait Virg. Horrendũ dictu dederat terna arma mouẽda. Quin & Virg. uſum fuiſſe figura poetica & trina arma dicere habuiſſe. qa arma tantum numeri ſunt pluralis. Ita ut ex illis ſit trina quæ apta

ſunt nominibus tantū plurālis & nō terna. Quod q̄ ſit efficax ipſe uiderit. Nam trina ſæpius coniunctum inuenimus cum nominibus numerum ſingularem habētibus ut ut Liui. libro. iii. ab urbe: antea inqt trina loca cōtētione ſumma patritios explere ſolitos. Et Hieronymus cum alibitū ad Marcellum inquit. Et trinam negationem trina poſtea confeſſione deleuit. Præterea quid Seruius dixiſſet ſi apud Virgi. foret quaterna arma: nunquid ponēdum eſſet quatrina. Verū uni & unæ & una pluralibus adiunguntᵉ nominibus: q̄ & pro ſingularibus accipi poſſunt: ut Saluſtius in catilinario. Hi poſtq̄ in una mœnia cōuenere pro in unam urbē: Aliq̄do ēt cū nominibus habētibus ſingulare: ut Virgilius in. ii. æne. Satis una ſuperq; uidimus excidia: p unū excidiū: & Lucāus in. iii. Totumq; ī partibus unis Bellorum fecere nephas: pro in una parte. Sed cū nō habētibus ſingulare in ea ſignificatione pro qua accipitur ſemp ponuntur in plurali. Dicimus ergo recte & oratoria obſeruatione: accepi abs te unas litteras: binas lras: ternaſq;: & quaternas acquinas: ſenas: ſeptenas: octenas: nouenas: denas: nec ſubiūgēdū ē. Quaꝝ alteri reſpōdi per ꝓximū tabellariū. Alteri nunc reſpōdeo ſed alteris. At de epiſtola apertū ē ut accæpi duas epiſtolas quaꝝ alteri iā reſpondi: alteri nunc reſpondeo. & utitur Ci. fere uerbo accæpi: ut accæpi epiſtolā: accæpi literas. Plini. uero nepos frequentius accæpi: niſi codices mēdoſos dicere uolumus. qd qd do tibi literas dicius tāq̄ tabellario. Do ad te lras. ſ. ad te pferē das: aliq̄do hæc duo cōiūgūf ut Ci. Dedi illi ad te literas. & Saluſtius Vulturtio lras ad Catilinā dat.

De ſyllabis deſinentibus in. x.

N. x. auctore Priſciano nulla ſimplex ſyllaba
i in medio dictionis terminatur. Sed ut puto excipitur ſextus dexter direxti in quibus. x. cum ſequente conſonante coniungi nō poteſt. Nā ut idem prius dixerat nunq̄ in capite ſyllabæ duplex poſita poteſt cum alia iungi conſonante: quare antecedentem ſyllabam finit. & ſic eius regula uniuerſalis eſſe non poteſt. Verum in compoſitis a præpoſitione ex remanet quidem præpoſitio nō nunquam integra nonnunq̄ uero abiicit. x. aliquādo autem commutat in aliam litteram. Remāe integra ſequente. c. ut excurro excretus. i. ualde excreſcēs ut excretos hædos apud Virgili: legimus excogito: hoc eſt per cogationem inuenio: quod ad res tantum incorporeas pertinet ut excogitauit argumenta rationes figuras cauſas. Excubiæ ſimiliter ab ex quod eſt extra idicat: & cubo deducitur atq; componitur: quæ diurnæ ſunt: ac nocturnæ: uigiliæ uero tantū nocturnæ. Ante. l. uero ſeruatur integra. ex præpoſitio: ut in hac ſola dictione ex lex. i. qui abſq; lege uiuit. Ante. p. ſimiliter remanet integra ex ut expello: expugno: quod expugnando uinco: ſed de opidis: de caſtris: de nauibus cæteriſque huiuſmodi dicitur. Nam ſi tecum cōſeram māus ac uincam: non te expugnaſſe dicat: explodo quod a plodo. i. plaudo compōiᵉ & nō tātū ſignat eiicio: ſed māibus cum ſono pulſantibus eiicio qualiter quoniā e domo e theatro ex aliquo conſilio pulſatiōe manuū eiicius: ut Cice. Iū rioſi paululū ſe moueat: extra nūero: aut ſi uerſus pnūciatus ē una ſyllaba breuior aut lōgior: exſybilaᵉ explodiᵉ. Vnde & exploſa ſnīa dicit: eo mō eiecta: ut idē cice. Quoniā Pyrrhonis Ariſtonis Herilli iampridem exploſa ſnīa eſt. Ante. q. ſimiliter manet itegra. ex præpoſitio: ut exequiro exq̄ſtor. i. ualde quæſtor. hoc ē in magno honore habitus. Ante. s. uero modo cōſimili: ex præpoſitio teſte Luranio antiquiſſimo auctore & papirião grāmatico li. q̄rto de orthographia itegra cōſeruaᵉ: ut exſicco: exſybillo. exequor & alia ſimilia: Quibus grāmaticoꝝ ratio obſtaᵉ uideᵉ: ut ſupra uidius: quū de. x. littera tractēus. Ego āt puto antiquoꝝ cōſuetudinē magis obſeruādā. Ante. t. uero abſq; dubitatiōe conſeruatur. x. ut extendo extorris: quaſi extra ſuam terram ex tempore dicere: hoc eſt ex improuiſo: & in præmeditatū dicere: nec domi compoſitam orationem afferre. Hinc uocatur ex temporalis oratio. Perſius etiam ait ex tempore uiuere. Aliquando uero ex tempore aliquid agere: eſt ex temporis conditione id cōficere. Cicero libro officiorum ſecundo. Quos credimus expedire rem & conſilium ex tempore capere poſſe. Idem libro tertio eiuſdem operis. Huius inquit generis quæſtiones ſunt hæ omnes in quibus ex tempore officium quæritur: ex tempore inquit quaſi ex temporis cōditione. Ex templo cum. e. in penultima ſcribitur. & ſignificat ſtatim uel ſubito: quaſi extra tempus: hoc ē temporis cōmoditatem: ut quidam ferūt. Virgi. in primo: Extemplo æneæ ſoluuntur frigore membra Abiicit uero. x. nonnunquam in compoſitione. ex. præpoſitio: atq; e. ſola remanet & non. ex. ut ante. b. quidem ebibo ebeo ebeas primæ coniugationis uerbum quaſi extra beatitudinem uado. Vnde beati teſte Apulegio grammatico illi dicuntur: qui fœlicitate aliqua ceciderunt. Ante. d. uero ut edico: quod ꝓprie eſt litteris aliquid iubeo uel ipero. Vnde edictum conſulum ſunt litteræ conſulum: quibus: aliquid iubent atq; imperant: Indicere uero uidetur potius per præconem aliquid denunciare: ut Dido apud Virgilium in ſecūdo æne. Templis indicit honorem. Ediſco ſimiliter componitur: & ē memoriter cōplector: de quo ſupra uidimus: Educo ſimiliter ex. e. & duco componitur. Ante. g. ſimiliter ut egero quod ex. e. & gero componitur: & eſt quaſi extra gero & euacuo egregius eodem modo: & q̄ſi extra gregē iterp̄taᵉ. Ante. l. ut elabor ex. e. & labor laberis componiᵉ. Et denotat eo modo periculum effugere: quo anguis lubricus: murena uel anguilla manu præhenſa lapſu fugit: quaſi extra manum labitur. Virgi. libro æne. ſecundo. Ecce autem elapſus pyrri de cæde polites. Eleuo ſimiliter ex. e. quod eſt extra & leuo componitur: q̄ſi imminuo & extenuo. Quinti. Nā qs ignorat qñ id longe ſit honeſtiſſimū ac liberalibus diſciplinis & illo quo eximus aio digniſſimum non uendere operam: nec eleuare tanti beneficii auctoritatem: ideo dixit Hieronymus ſuper id Iſaiæ. Eleuatū eſt ſuper luminare templi debuit tranſferri ſublatū ē ſed ad tollēdā ambiguitatē: ne qs putaret ſenſum eſſe talem: q̄lis eſt ſublatū eſt mihi palliū ad aliud uerbū recurſum fuit. Ante. m. ut emineo: quaſi ex

tra alios:hoc est ꝑ aliis maneo:emergo similiter ex tra uulgarem modum mergo.i.ꝓcedo. Iuuenalis .i.iii.satyra.Haud facile emergũt:quoꝝ uirtutibus obstat.Res angusta domi. Ante.n.ut enitor eodẽ mõ ex.e.& nitor idest conor cõponitur hoc ẽ ut ex tra conor.Vnde enixa & cõnixa quæ peperit.Vir.i buco.Ah scilicet ĩ nuda cõnixa reliqt.Enodes.i.sine nodis:ut Vir.li.ge.iii.Enodes trunci. Ante.r.ut eruo:qđ similiter cõponitur eodẽ modo sequente .i.cõsonante &.u.eiulo:quod est sublata uoce fleo: quod mulieꝝ magis est propriũ.Euẽtus similiter cõponitur:& in singulari quartæ est declinationis & generis masculini in plurali uero sæpissime a cerõe ĩ neutro genere & declinatiõe secũda exprimit ut li.de oratore:ex aliorũ inqt factis aut dictis aut euentis.Idẽ de diuinatiõe.Si euẽta quærimus: quæ exquirunt auibus:& ad atticũ.Semper enim causæ euentorũ magis mouent q̃ ipsa euenta.Euidens similiter & negociũ euidens id dicitur: quod uidetur aperte & intelligitur nõ qđ uidet & intelligit.Cõmutat autẽ ex ꝓposito cũ alia dictione composita.x.littera in aliam consonantem: & maxime quum sequitur.f.ut officio effingo:hoc ẽ ad alterius formã fingo:& quodãmodo fingẽdo repreſento.Cicero libro secũdo de oratore.Tum accedat exhortatio qua illũ quẽ delegerit imitãdo effingat atqꝫ exprimat.Quintilianus.Nã mihi uidetur.M. Tullius cum se totũ ad imitationem græcoꝝ cõtulisset:effinxisse uim Demosthẽis:Copiam platõis: iucunditatẽ Isocratis.Effigies similiter ab ex & fingo deducitur & cõponitur:Nã ẽ figura ad uiuã alterius similitudinẽ: uel ad ueritatis imaginẽ facti tam ĩ picturis q̃ in sculpturis.Præter hæc aũt quæ diximus nõnũq̃ ex absqꝫ compositiõe ꝓponitur dictionibus etiam incipientibus a.d.& ab aliis litteris ut ex dignitate ex utilitate ex usu ꝓ eo quod est ꝓ dignitate pro utilitate pro usu:uel ad dignitatẽ ad utilitatem ad usum.Sed cum præponit dictionibus icipientibus ab.r.semꝑ fere ab ipsa præpositione.ex.tollitur.x.ut e republi.Quintilianus.Sicut posse conceditur:eos saluos esse magis republi.sic q̃ puniri.E regione e re mea e re tua e re nostra Liuius lib.xxxii.Periade ac nos postulauerunt:quæ e re sua eẽnt:sed suaserint:q̃ nobis senserint utilia eẽ. Similiter Ci inquit.Erennibus laborabat: hoc est morboꝝ in renibus patiebat:Quid cum dictionibus icipientibus a quibusdam uocabulis etiã componit ut exaro idest scribo:quod ab ex & aro componitur: eo quod qui scribit in modum aratoris cõficere uideat.Exedo idest corrodo ab ex & edo: existimo ab ex & æstimo componit: ubi.æ. diphthõgus i.i.longã cõuertit:& idẽ est quod puto uel iudico:de quo in dictione æstimo ĩ sequẽtibus habebimus:& ab existimo existimatio descẽdit quæ opinio est atqꝫ snia.Et accipit aliquãdo quidẽ actiue.ut existimatio mea est.i.ita existimo.Aliquando uero passiue:ut homo magnæ existimatiõis.i. famæ & nois:quod cum oẽs magni existimẽt exoletus quod dnm est substantiuum significat scortũ masculum:& præcipue iam adultum.Dũ uero ẽ adiectiuum adultum simpliciter designat:sed raro reperit:ut apud Plautum. Reliqui domi exoletum uirginem.Exurio ab ex & uro: per interpositionem.i.ut nonnulli dicunt componitur.hoc est famen patior.Alii uero ab haurio per abiectionem aspirationis & primæ partis diphthongi:& ut Prisciã.plureſque alii grammatici atteſtantur.Omnia q̃ ĩ rio desinũt:ut exurio:cenaturio:scaturio:partu rio & similia meditationem significãt.Ideoqꝫ meditatiua uerba appellant.Quibus Laurẽtius Vallensis in elegantiis ad me missis nullo modo eẽtit:sed desideratiua magis atqꝫ optatiua uocari uoluit.Ita ut exurio idem sit quod cupio edere.Vnde Quinti.pater iquit filios exurit.Et Martia.li.viii. epigrammatum in omnibus uacerra quod cõclauibus consumit horas & die toto sedet cœnaturit Vacerra nõ cacaturit.i.cœnaꝝ cupit:nõ ut reliquũ. Similiter Cicero:ut aliquando dolor populi ro.pariat.quod iam diu parturit:Idem Liuius: & quod diu parturit animns uester aliquando parit:ubi affectum significar non cogitationem.Nonnunquã & pro suis primitiuis ponũtur:ut scaturio magis pro suo primitiuo scatet ponitur:quod est non solum aquarum:sed herbarum & cæteroꝝ sua spõte ubertim nascentium.

De syllabis desinentibus in.z.

i N.z.nulla syllaba desinit:nec ĩ dictionibus latinis scribitur sed in pegrinis tantummodo ac in initio dictionis:uel in initio mediæ syllabæ præcedente a uocali aut.n.aut.r.n. zacynthus zephyrus post uocalẽ in media syllaba: ut gaza.post.n.ut zinziber.Melanzophos nomen propriũ.post.r.ut Aribarzanes nomen uiri propriũ

Documenta generalia orthographiæ dictionum græcarum quæ latinæ scribuntur.

Nulla dictio græca apud latinos per.f. scribitur.

r Estat iam documenta quædam subnectere: quæ specialius ad orthographiã de qua intendimus conuenire uidentur.Vt illud primũ.Quod omnis dictio græca quæ latinæ trãscribitur nũquã per.f.ubi opportũe cadere posset: sed semper.ph.aspiratũ est scribenda : cuius rationem iam supra ostendimus quia antiquã nostram scripturam in dictiõibus græcis:quæ per.ph. secũdũ illoꝝ cõsuetudinẽ anteq̃.φ.litteram adinuenirent etiam postq̃ accæpimus.f.in ea præpositione quã habemus obseruare tenemur.ut cum de ea littera tractaremus ostẽdimus Excipiunt:aliqua. q̃ & si absqꝫ dubitatione græca sunt ex inueterata tamen consuetudine potius per ip̃m.f.q̃.ph.scribi cõsueuerũt:ut fama:fugo:foꝝ:fucus:fero:fur : furtum. Nam de fure & furto sic paulus iurisconsultus in titulo de furtis retulit:furtũ igt a furuo:ideſt a nigro dictum Labeo ait:quod clam & obscure fiat: & plerũqꝫ ĩ nocte:uel a fraude ut sabius ait:uel a ferendo ideſt auferendo:uel a græco sermone:quod φορ appellant:immo ut ait & græci a ferendo φορ dixerunt.Veꝝ teste prisciano in octauo:sum:fero: uolo & edo uerba anomala sine dobio a græcis assumpsimus.fragus etiam teste Seruio a φαγειν quod est comedere deducitur:& tamẽ cum.f.scribitur.Quid q̃ a fero traxisse uidetur.Ouidius uocabulum forda pro boue prægnante. Cum ait libro quarto fastorum Forda ferẽs bos ẽ fecundaqꝫ

dicta ferendo At famam & fucum nonnulli anti
quissimi etiam cum.ph.scripserunt.

In nulla dictione latina scribit.y.græcũ & sem
per in initio dictionis illud.y.aspiratur.

Vrsum & in nulla dictione latina.y. græcũ
r scribendũ est.Nam ut grãmatici testãtur:illud.y.græcũ nos tãtũmõ ob hoc suscepimus:ut proprium dictionum græcarũ scriptura rũ quas ab illis recepimus in transcribendo seruaremus.Cũ ergo p latinis dictiõibus ideſt nostrorũ habeamus græcas litteras itermiscere nõ debẽus. Et cum eiusmodi litera in initio dictionũ a græcis semp aspiret:& nos simili modo cũ eas dictiones transcribimus aspirare debemus ut grãmatici antiq & celebres auctores attestant.Vnde Papiam & alios nõnullos moderniores errasse cõstat: qui dictiones latinas p illud.y.græcũ etiã sine aspiratiõe pricipii scriptitarũt qđ absq; ulla ratiõe:uel approbatorũ grãmaticorũ auctoritate ab illis factũ fuit.

T.&.c.quæ in nominatiuo dictionũ nõ sunt: sed in aliis casibus accipiunt:nõnunquã aspirantur.

D etiã ulterius prospiciendum est.Si qua sit
Ancona cū. c. non aſpirato ſcribit: & ab aliqbus mo re græco ancō ſcribit: qđ apud nos cubitū indicat. Nā urbs ē ī piceno ſup hadriaticū mare poſita: de q̃ dicit Pli. li. iiii. naturalis hiſto. a ſiculis ancon co
lonia: promontorio chimerico appoſita eſt in ipſo flectentis ſe oræ cubito. Idē Solinus aneoneā inq: qs ignorat a ſiculis cōditā: & cum apud ſiciliā plu
res fuerit dorienſium coloniæ: a qbus ædificari po tuit dixiſſe uidetur Iuuenalis in ſatyra Criſpini: an te domum Veneris qua dorica ſuſtinet ancon.

Ancora cū. c. non aſpirato apud græcos ſcribitur: la tini uero teſte Seruio ſup primum æneidos: cum aſpiratione ſcribire cōſueuerunt: quod mirum uideri dixit: cum aſpirato magis ſit græcorum quā noſtra: iraq; ſine aſpiratione ſcribenda eſt.

Ancus cū. c. nō aſpirato ſcribit: fuit Numæ pōpilii nepos ex filia: & q̃rtus romanoꝝ rex ſic quoq; co
gnominatus teſte Seruio ſuper ſexto æneidos ab αγραγος: ideſt a cubito quē icuruum habebat.

Androgynos cū. r. poſt. d. ante. o. atq;. y. græco ſcri bit: is dicit q uir eſt & fœmina. Nam cōponit ex ανδρος ideſt hominis: γηνη fœminæ: quaſi ex homine & fœmina.

Androgeus cum. r. poſt. d. & ante. o. atq;. c. abſq; di thongo ſcribitur: fuit Minois cretæ regis filius in
dolis admirādæ: q cū athenis cæteros palæſtra ſu
peraret: ab atheniēſibus: & megarenſibus dolo oc ciſus fuit: contra quos īſurgens Minos capta mega renſium urbe: & occiſo Niſo illius rege athenien
ſes duro tribūo coegit. Alius fuit nobilis græcus: quem Virgilius altris carminibus occiſum narrat ab æneа: qua nocte illion captum fuit.

Andromache cū. r. poſt. d. & ante. o. atq;. ch. aſpira
to ſcribit: unde cōponit ex ādros. i. hoīs & mache hoc eſt pugna: q̃ſi hoīs pugna: fuit Hectoris dile
ctiſſima cōiunx filia Etonis thebaꝝ in cilicia regis ut oſtēdit Homerus lib. iliad. ſexto. Nā īducēs illā cū Hectore loquētē lamentariq; miſerabiliter ret
tulit de Achille: q patriā ſuā thebas ī q̃ orta fuerat euerterat: & patrē regē ſeptēq; ſuos fratres occide
rat: traxeratq; captiuā matrem quam deīde īmēſa ſumma redemptā. Diana apud ædes paternas cō
memorantem ſagittis interfecit.

Andria cum. i. latino ſcribit: dicta ſic quoq; fuit fœ mina quædam terentiana: quia ex andro īſula ma ris ægæi athenas uenerat.

Andron cum. r. poſt. d. ſcribit: locus eſt domicilii an guſtior lōgitudine: ī quo uiri plurimum morabā
tur: ut gynecium in quo mulieres quemadmodū in ſua dictione uidebimus.

Andruare cum. r. poſt. d. & ante. u. ſcribit: apud nos dicitur recurrere: & a uerbo græco dicitur quod ē: ανδραμειν.

Antheū cū. th. aſpirato ſcribit: herba ē boni odoris.

Anger cū. e. abſq; diphthongo ſcribit: fluuius eſt ex illyricis uerſus boreā fluēs. & prio teſte Herod. li. hiſtoriorꝝ. iiii. in bāpum triballicū: deīde in fluuiū brongū & brongus ultimo. in iſtrum defluit.

Anyſis penultima cum. y. græco: & ultima cum. i. latino ſcribit: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarꝝ ſecūdo ægypti rex q poſt Aſychin ī ægypto regna
uit: & cum cærus eſſet fugatus fuit a Sabaco æthi
pum rege: ut idem auctor oſtendit.

Anytus cum. y. græco & non aſpirato ſcribitur: fuit athenienſis uir locuples: & factioſus hic cū: ob ſuas

eptias nonnunquam a Socrate rideretur: non potuit id modeſte ferre ſed ita excandeſcens primũ i Socratis maledicta cũ nõnullos prouocauit tũ ariſtophanem poetã comicum doctũ qdẽ ſed hoiem parum probũ qui accæpta ab illo grandi pecunia cõtra Socratem comediam ſcripſit cuius titulus ẽ νεφελαι.i.nebulæ quin & agẽdam illam in ſcæna ſpectãdamq; curauit in qua cũ plura in Socratẽ tũ illud configit eum nebulas colere: & athenienſiũ religionibus detractare:& p̃ter hæc iuuenũ mẽtes ſic imbuere:ut parentibus manus infere pie & offi cioſe poſſent. Quæ res cũ uniuerſum populũ in ea ipſa recitatiõe a Socratis caritate & reuerẽtia auerteret: Anitus ipſe cũ duobus aliis poſtridie adhuc calentibus auribus populi ab ipſa recitatione Socratem iniudicium traxit. Nam ut dixit Plato in apologia tres illum accuſauerunt. Anytus: Lycon. & Melitus: q̃ ſane coniuratio hoc modo geſta eſt: Melitus cuius nomine accuſatio ſcripta fuit: Meliti filius Socratem Sophroniſci filiũ de his criminibus ꝑetit: iura uiolat Socrates: quæ ex maiorũ inſtituto ſuſcæpit ciuitas deos eſſe non eſtimãs: alia noua demonia ĩducit cõtra ius item & fas iuuenes corrũpit: pœna illi mors: Ab cuius defenſione cũ diſcipulus Plato ſurrexiſſet, orationẽ illam exorſus eẽt: cuius initiũ ẽ οτινυσεισ ωαγδρες αθηναιο tantus a iudicibus clamor obiectus eſt ut diſcederet & cunctis aliis dicẽdi ac deferendi facultas p̃ceꝑta fuerit. Quare furore quodã & ira morte dãnatus ẽ Socrates: nec multis diebus poſt dato illi ueneno ex publico ĩ carcere mortuus ẽ: ſed poſt paucos dies ductus pnĩa populus q̃uis ſero iterfectũ luget Socratẽ p̃dicãt oẽs illũ ſanctitate ac clariſſimarũ oĩum uirtutũ uenerabilẽ extitiſſe ĩdicĩt publicis mœtor. claudunt officinæ & gymnaſia: fit ipetus ĩ accuſatores: q oẽs & ſupplicatio affecti & fugati fuerũt Socrati uero ab atheniẽſibus ærea ſtatua Lyſippi opus in celeberrimo loco ſita fuit.

Anius cũ.i.latino ſcribitur: rex fuit in Delo: dicente Virg.li.æne.iii. Rex anius rex idẽ hominũ phœbique ſacerdos: de quo Oui. metamorphoſeos.xiiii. plura ſcripſit hic filiũ habuit andrũ a quo andros ĩſula in qua regnauit denominata fuit: ut oſtendit Ouidius præfato loco.

Annus cũ duplici.n.ſcribit: ĩdẽ eſt teſte Feſto quod græce ενvον dicit: unde qd̃ nos triẽniũ illis τριεννον uocauere aliq uero nõ græcũ ſed latinũ eẽ dixerũt ut athẽis Capito teſte Macro.li.i. ſaturnaliũ q annũ ipm a circuitu tpis dictũ putat eo q̃ ueteres an ꝑ circũponere ſolebãt: ut Cato ĩ originibus oratorẽ ingt: anterminũ ꝑ circũ terminũ: & ambire q̃ ſi circum ire dr̃: ſic annus q̃ſi circũ nũc dicit. Vergẽ ipſius anni diuerſæ ap̃ antiquos cõputatiões fuere quas Macrobius p̃fato libro recenſuit: ſed poſt oẽs Iulius Cæſar imitatus ægyptios ſolos ut dixit Macrobi. diuinarũ rerũ oĩum cõſcios ad noſtrũ ſolis q trecentis ſexaginta quinq; & quadrãte curſum cõficit annum redegit de quo Ouid. li. faſto. q̃rto ait. Is decies ſenos tercentum: & quinq; diebus. Iunxit: & e pleno tempore iuncta die.

Quare cæſar in cõuiuio Cleopatræ apud Lucanũ lib. x. dicebat ad Chorebũ: Non meus eudoxi uincat faſtibus annus. Nã ſicut lunaris annus mẽſis ẽ: qa Lũa paulomius q̃ mẽſem ĩ zodiaci circuitiõe cõſumit: ita ſolis annus eorũ dierũ nũero colligendus fuit: quo zodiacũ ipm ĩ ſua circuitiõe cõficit hoc ẽ dũ ad id ſignũ ſe denuo uertat: ex quo digreſſus ẽ unde annus uertẽs ab antiquis uocabatur: & dicebatur magnus cũ lunæ annus breuis uideret dicẽte Vir. li. æne. iii. Interea magnũ ſol circumuoluit annum: & ab anno annona deducit q̃ anni ẽ alimonia: & cum duplici.n. ſimiliter ſcribitur hẽtq; accẽtũ ĩ penultima nec tantum eſt frumentaria: ſed ẽt aliarũ rerũ ut Cic. li. ii. de diuina. ſi epicuri de uoluptate liber roſus eẽt: putarẽ annonã ĩ macello cario rẽ fore: licet forte macellũ nõ tãtũ ꝑ loco ubi caro uẽdi cõſueuerit accipit: ſed ubi & frumẽta annales ſimiliter ab anno deducũt: ĩ qbus res geſtæ p annũ ſcribebãt q̃ ẽt penultimã ꝑducit ſecũdũ eam grãmaticæ regulã: qa dr̃ omnia denominatiua quæ ĩ ſingulari nominatiuo terminant ĩ alis ut animalis liberalis: & ſimilia penultimam ꝑduci comperiũtur: atq; per unicum. l. ſcribi conſuerunt. ſimiliter & ab anno anniculus puer: & ãnicula puella & amiculũ iumentũ deducit: hoc eſt unius anni ſicut bimus bima bimũ duorũ annorũ: trimus trima trimũ annorũ q̃drimus q̃drima q̃drimũ q̃ttuor annorũ & nõ amplius cõperit q̃ ſane diminutiua nõ ſunt. Nec de aĩabus mõ ſed de inanimatis idẽ dicere poſſumus: ut anniculũ uinũ bimũ oleũ de pueris tamen magis loq; per diminutiuum bimulus trimulus quadrimulus: qa inter hos annos adhuc parui ſunt. Repimus ẽt apud iuriſconſultos bina trina q̃drina die ꝑ tpe diẽnii: triẽnii: q̃driẽnii. Nã diẽ in fœminino ꝑ tpe accipit: ut ipa dies ferit hominẽ prudẽtẽ: & multa die dat magnã hoĩbus expiẽtiã. Vnde Pedianus dieculã ꝑ quo tpe uult fieri qd̃ nr̃i tpis iuriſpiti nõ ĩtelligũt dicius tũ ĩ maſculino externo die craſtĩo die nõ heſterna die & craſtĩa ad diẽ nõ uẽit ad diẽ nõ affluit. i. die p̃ſtituto.

Anonymus cum.y. græco ſcribitur: dici poteſt a noſtris abſq; nomine.

Antæus cum.t. nõ aſpirato &.æ. diphthõgo in emẽdatiſſimis græcorũ codicibus ſcriptũ comperi: at eorũ nõnulli cũ.th. aſpirato &.e. ſimplici ſcribẽdũ uolũt dicẽtes cõpoſitũ uocabulũ eẽ ex anti p̃poſitione græca q̃ in cõpoſitiõe plærũq; apud nos contra deſignat: & heos dictione aſpirata & ſine diphthongo q̃ ſolẽ indicat q̃ſi cõtra ſolem fuiſſe dicat. Nã fuit gygas libycus ex mauritania ab Hercule uictus quẽadmodũ plura de eo ſcripſit Luc. li. iiii.

Antagoras cum.t. exili ſcribit nomẽ fuit uiri ꝑpriũm de quo ſæpe Plutarchus.

Antalcides abſq; aliqua aſpiratiõe &.l. latino ſcribitur nomẽ fuit ꝑpriũ uiri ſpartãi ut oſtẽdit Plutar.

Antandrũ cũ.t. exili ſcribit ſaxũ eſt magis q̃ inſula: ut Pli. li. iiii. natu. hiſto. & Solinus itidem ferũt dicentes iter tenedũ & chiũ qua ægeus ſinus pandit a dextera nauigãtibus ſaxum eſt qd̃ antandrũ dicimus: hoc enim uerius quã inſulæ nomẽ meruit. Et quoniã uiſcentibus ꝑcul capræ ſimilitudiné repræſentat: quã græci ægã nuncupant ab eo ægenũ ſinũ dictũ nõnulli putauere: ut ſupra uidimus ẽ ẽt eiuſdem noĩs ciuitas ĩ phrygia dicta antandros: te-

ſte Seruio ſup.iii.æneidos uel qđ de antandro ſi
la eam cõdiderũt coloni uel q; græci uenientes per
thraciã cæpere Polidoꝛ ꝓ cuius p̃cio hãc habuere
ciuitatẽ:q̃ ex facto nomẽ accæpit: hoc eſt ovτιαν/
Δροσ.i.pro hoie quẽ poſt accæptum p̃cium occi
diſſe lapidibus ferunt.Euripides uero aliter dixit
quẽ Virgil.ipſe non ſequit:ſub ciuitate igit phry/
giæ magis q̃ ſub inſula ſe ad diſceſſum præparaſſe
æneã ex Seruii expoſitiõe oſtẽdere uidet Virgilius
cum ait Claſſemq; ſub ipſa antandro & phrygiæ
molimur montibus idæ.

Antapodoſis cũ.t.nõ aſpirato ſcribit dici põt a nr̃is
retributio.Nã cõponit ex anti & apo p̃poſitiõibus
quæ re indicant:& poſis datio:ponit figura cũ me/
dia primis & ultimis cõueniũt ut ueſtrũ iam hoc
factũ repræhendo.p.c.nõ meũ ac pulcherrimum
qdem factũ:ueꝛ ut dixi nõ meũ ſed ueſtrum.

Anteas cũ.t.nõ aſpirato &.e.ſine diphthõgo ſcribit
fuit teſte Plutarcho ſcythaꝛ rex.

Antemũta cũ.t.non aſpirato utrobiq; ſcribit: urbs
fuit in aſia ad littora ponti nunc teſte Pli.lib. ſexto
naturalis hiſt.deſerta quõdã adeo glorioſa ut thi/
moſtenes in eã trecẽtas natões.q̃ diſſimilibus liguis
uterẽt deſcẽderẽ ꝓdiderit:& pgit:ſũt q cõditã eã ab
ãphito:& telchio caſtoris ac polucis aurigis putãt.

Antenor cum.t.exili:&.e.abſq; diphthõgo ſcribit:
fuit troiãus nobilis:qui teſte Home.li.iii.iliad.tpe
belli troiani ab re militari ob ſenium olim deſer/
uerat.Sed in curia ſenatuq; & dicẽda ſnĩa erat uti/
liſſimus.Hunc cum ænea patriam græcis ꝓdidiſ/
ſe creditũ eſt:ſed ad partes Venetiæ ide deueniens
patauium urbem ad ædificaſſe dicitur.

Anthedõ cum.th.aſpirato ſcribit fuit teſte Home.
lib.ii.iliados boetiorum urbs.

Anthemion cum.th.aſpirato ſcribit &.i.latino fuit
troianus pater Simœſi ut in ea dictiõe uidebimus.

Anti cũ.t.exili ut ſupra uidimus &.i. latino ſcribit:
præpoſitio græca eſt q̃ in cõpoſitione apud nos plæ
rũq; cõtra dicit:extra cõpoſitionẽ uero apud illos
cõſtruit cũ genitiuo:& tunc apud nos deſignat id
quod pro nunq̃ etiã in compoſitione idẽ efficit.

Antias cũ.t.nõ aſpirato &.i.latio ſcribit: fuit uxor
Prœti:ex q̃ ptides gẽuit ut uidebius in dictiõe ptus.

Antibacchius cũ.i.latino utrobiq;:& geminato.c.ac
ſecũdo aſpirato ſcribitur:pes eſt cõtrarius bacchio
Nã cõſtat ex duabus longis:& una breui tempoꝛe
quinq;:ut natura Pompeius.

Anticyra abſq; aliqua aſpiratiõe &.i.latino in ante/
penultima:in penultima uero cũ.y. græco ſcribit
inſula eſt ad regionẽ phocaicam pertinẽs in coryn
thum uerſa:& portũ habẽs amplũ multarũq; naui
um capacẽ:habetq; oppidũ eiuſdẽ nomĩs: ut mon
ſtrat Liuius li.ſecũdo de bello macedonico. In hac
eleboꝛ naſci ab auctoribus omnibus ꝓfitet unde
ait Ouid.lib.iiii.de põto:Ibibe dixiſſem purgantes
pectora ſuccos.Quicqd & in tota naſcit anticyra.

Anticlea abſq; aliqua aſpiratiõe &.i.latino ſcribitur:
fuit Vlyxis mater:q̃ cũ duceretur ad Laertæ nupti
as ab Siſypho latrõe æoli filio capit: & adulterat:
alii dicũt cũ laertæ iã nupſiſſet:& ad oraculũ pge/
ret cõſultura:captã a Siſypho latrone: & ut multi
putãt ex eo Vlyxem concæpiſſe. Quod aiax apud
Ouid.xiii.metamor.improperauit Vlyxi cum di/
xit. Et ſanguine cretus Siſyphio.alii putant Vlyxis
matrem auſtoliam cognominatm fuiſſe.

Antidotũ abſq; aliqua aſpiratiõe & cũ.i. latino ſcri/
bit apud nos dici põt ex contrario datum:cũ con/
tratiis contraria curari dicantur.

Antigonus cũ.t.exili &.i.latino ſcribit quo noie ui/
ri plures clari uocitati ſunt.Vnus fuit theſei & phe
dræ filius maior natu Demophoõte: q poſt fuga/
tũ ab athenienſibus patrẽ rex creat:& mutato noie
Mneſtheus dictus ẽ. Alius fuit macedoniæ rex &
unus ex pricipibꝫ alexãdri:poſt cuiꝫ mortẽ pluria
bella geſſit:alius fuit rex iudæoꝛ& ab herode aſca
lõita i carcer obtrũcatus:alius phũs fuit cinicus de
agricultura ſcribẽs:ut dixit Var.lib.i.de agricul.

Antigone ſimili mõ ſcribit:quo noie plures ẽt fue/
rũt illuſtres fœmĩæ.Vna laomedõtis filia & Pria/
mi ſoror:q̃ cũ lunõi i pulchritudie ſe p̃ferret auul/
ſa illi lĩgua cõuertit i cicõiã:alia fuit Oedipi regis
thebaꝛ filia:q̃ pr̃i cæco & a Creonte i exiliũ miſſo
ducatũ p̃ſtabat:ut Seneca i oepido:& Statius i the/
bai.atteſtãt. Et cũ ide ad exhibẽdas ultĩas lachry/
mas fr̃ibus aduerſus creõtis iperia nocturno tpe i
cãpũ martiũ pueniſſet:& ſororẽ argiã Polinicis cõ
iugẽ ad ſimile officiũ cõperiſſet cremerẽtq; ambæ
perẽptiũ fratrũ cadauera iuſſu creontis capta &
ciſa fuit de q̃ luue.i ſaty. Stẽmata qd faciunt memi
nit:cũ cõtra Neronẽ q tragœdias canẽdo ꝓ peregri
na pulpita pgebat inqt ante pedes domiti longum
tu pone thieſte Syrma uel antigones.

Antilogia cũ.i.latino utrobiq; ſcribit:dici põt con/
tradictio ſeu refragatio.

Anthylla cum.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur atq;
duplicato.l.fuit teſte Herodoto urbs i ægypto.

Anthia cum.th.aſpirato &.i.latio ſcribitur: fuit ci/
uitas i agro propinqua Pilo:& ſub dominio Aga/
ménonis:ut oſtendit Home.libro iliados nono.

Antimus cũ.t.nõ aſpirato &.i.latio ſcribit fuit teſte
Home.li.iiii.ili.priãi regis filius:& bello ſtrenuus.

Antimachus cũ.t.exili &.i. latino atq;.ch. aſpirato
ſcribitur:fuit græcus poeta:q cũ dolorẽ ſuũ quẽ e
morte clariſſimæ uxoris lycidices cõcæpat lenire
uelle:elegiã ſcripſit:i q̃ calamitates oẽs heroũ alti/
us repẽtes enumerauit:alius fuit troianus q teſte
Hom.li.xi.iliad.donis alexãdri auroq; corruptus
ipedimẽto fuit quo ſecius Helena Menelao redde
ret imo ꝓ cõciõe troianos hortatus ẽ:ne Menelaũ
dum ad deos cũ dio ulyxe legatus iret redire ſine/
rent ſed intra urbẽ atq; illic ſtatim trucidarent.

Antiopa cũ.t.nõ aſpirato &.i.latio ſcribit: fuit teſte
Home.lib.ix.ody.aſopi filia:ait.n. ſic αντιοvηπι/
δοη αςωποιο θυγατρα:hoc ẽ antiopã uidi aſopi
filiã:nõnulli uero ex nr̃is Nictei regis in leſbo filiã
fuiſſe dicũt. Hæc lyco thebaꝛ regi nupſit quã ut
Ouid.li.me.vi. Satyri celatus imagie pulchra Iuppi
ter ipleuit gemio nicteida fœtu. Nã teſte Homer.
eodẽ.li.xi.odi.pepit illi duos filios amphionẽ.ſ.&
zetũ οιπρωτοιθηβησ ελοσεκτισαν:hoc ẽ q primi
ſacrariũ thebaꝛ ædificauere:hoc eſt ante Cadmũ.
Sed de hac antiopa reliq̃ plene uidebimus i dictio
ne Dirce.alia fuit amazonum regina.

Antiochia cũ.t.ſine aſpiratiõe &.ch. aſpirato atq;.i.

latino ſcribit:fuit teſte Pli.li.vi.natu.hi.urbs ī Syria epiphane olim cognominata:quā ſeleucus nicanor antiochi filius ob ſuæ originis memoriam cō didit.Hāc fluuius horōtes diuidit alia eſt iuxta p ſicū ſinū quā antiochus rex olim cōdidit.

Antonomaſia cū.t.nō aſpirato &.i.latio ſcribit dici pōt latine ,p noīe.i.uice nois poſitio ut maia genitus ,p Mercurio:magnanius anchiſiades ,p ænea Vir.ii.æne.Infœlix puer atq; ipar cōgreſſus achilli. Quī & hæc figura melius dicēdo poetā itelligius. Virg.& græci Homæ.Saturniam ,p iunone ut dixit Ser.& cōſimilia:& hoc melius eſt exemplū q̄ ſuperiora ubi proprie ē phiphraſis ideſt circuitio.

Anthores cū.th.aſpirato ſcribit:nomē eſt uiri proprīū:de quo Vir.li.æne.x.Egregiū anthorē latus ī ter & ilia figit Herculis anthorē comitē.Eſtq; cōpoſitū nomē ex αν.θ.ον:qđ ē florens & uirēs:atq; ρεω uerbo qđ ē fluo:qa tūc quoq; florēs ī mortē defluxit:unde morē homerico Vir.nī ut plurimum noīa confixit.Nec pōt dici i nominatiuo anthorcū penultima ī accuſatiuo lōga ſit:& noīa terminata ī or ī obligs caſibus penultimā corripiāt:ut Hector hectoris.Neſtor neſtoris.Caſtor caſtoris.

Antho cum.th.aſpirato ſcribit:fuit amulii albanorum regis filia.

Antiphates cū.t.nō aſpirato utrobiq; &.i.latio ſcribit fuit Melampi medici filius : ex Iphianaſſa filia Prœti:& pater Oiclei.

Antiphona cū.t.exili &.i.latino ſcribit:pōt latine interprætari uox reciproca.

Antiphraſis cū.t.nō aſpirato &.i.latio utrobiq; ſcribit:ſermo dr̄ p cōtrariū itelligēdus:ut lucus qa lucе careat:Manes qa īmites : Eumenides qa furiæ: parcæ qa nemini parcāt. Qua figura nōnūq; quos nanos cōſpicimus atlātes uocamus:æthiopes argēteos:& ſimilia.Nā cōponit ex anti:quod eſt cōtra: & φραϲιϛ locutio.

Antiphus cū.t.nō aſpirato &.i.latino ſcribit:fuit teſte Home.li.ii.ilia.Theſſali filius:& nepos Hercu/lis:q cū fratre Phidippo dux trigita nauiū cū aliis græcis ad Troiā cōmigrauit.

Antiptoſis cū.t.exili utrobiq; &.i.latino ſcribit dici latine pōt ,p caſu:figura ē quādo caſus ,p altero caſu ponit:Vir.li.æne.primo:urbē q̄ ſtatuo ueſtra eſt . Teren.ī prologo:fabulas quas feciſſet populo placerēt ,p fabulæ. Virg.i.x. Hæret pede pes:denſuſq; uiro uir:hoc ē pedi pes: Et cōponit antiptoſis ex anti quod eſt pro:& πτωϲιϛ caſus.

Antiſigma cū.t.nō aſpirato &.i.latino utrobiq;:atq; unico.m.ſcribitur:ante qđ ī euphoniæ cā : hoc eſt plenioris ſoni a nr̄is iterponit.Nā ea lr̄a cognominat:q̄ iuerſa ad ipm ſigma græcū deſcribit:uidelicet.ϛ.Ex qua ſigma formauit Claudius Cæſar alterius litteræ figuram:quā ,p.ψ.græco ſcribēdā ſtatuit:uidelicet.χ.& a parte totā litteram antiſigma cognoīauit:ut ſupra uidius cū de ea tractauimus.

Antiſmos cū.t.nō aſpirato &.i.latio ſcribit:figura ē q̄ aliqd ſimplicitate ruſtica expolit:& ad urbanitatem quādā traducit:ut Virgilius ī palæmone.

Qui bauium nō odit amet tua carmina meui,
Atq; idem iungat uulpes & mulgeat hircus:

Antiſthenes antepenultima cū.t.exili &.i.latino:penultia cū.th. aſpirato ſcribit:fuit philoſophus antiſthenis atheniēſis filius.Hic in initio Gorgiā audiuit oratorē:deinde Socrati ſeſe addixit.Et cū habitaret ī Pyræo:quottidie quadragita ſtadiis emē ſus audiebat Socratē:a quo tollerātiā addiſcēs:trāglitatiſq; illius imitator effectus:cynicā prior ſectā īchoauit:prīceps q; ī ea fuit. Platonē inſimulabat faſtu turgidū.Et cū audiſſet aliquādo Platonē ſibi maledicere.Regiū inqt ē male audire cū benefeceris.Libros multos:& diuerſaq; reg. ſcripſit . Fuerūt & alii antiſthenes tres Vnus diſcola Heraclitī.alius epheſius Teritus rhodius hiſtoricus.

Antiſtœchon ātepenultia cū. t.nō aſpitato &.i.latino:penultima cū.t.ſimplici:&.œ.diphthōgo ultima cū.ch.apirato ſcribit:dici pōt ,p lr̄a . Nā anti dicit pro & ϛοιχον littera:unde tropus ē cū lr̄a ponitur ,p lr̄a.Vir.li.æne.primo.Mirat molle æneas magalia quōdā.ubi magalia ,p magaria dixit ponēs.i.p.r.Nā megarō pœnoq; līgua uillā deſignat itē ſella ,p ſeda:meditor ,p melitor.

Antiſtoche eadē figura ē cū ſupiori:eādē hēt cōpoſitionē.ſed q̄ſdā lr̄as amouēus ut patet ex ſupiori.

Antitheſis penultima cū.th.aſpirato ſcribit : poteſt dici ,p altero poſitio.Nā cōponit ex anti qđ ē ,p:& θεϲιϛ poſitio alii uero anti ,p cōtra accipiētes obiectū traxerūt ut Olli ſubridens pro illi.

Antitheus ſecūda cū.t.nō aſpirato &.i.latio : ſequēs cū.th.aſpirato ſcribit:fuit teſte Home.lib.iliad.in oſone neſtoris uir fortiſſimus:q nōnūq; cū centauris belligerās:aliq̄do uictus aliq̄do uictor fuit.

Antithea ſola penultima cū.th.aſpirato ſcribit: dici pōt a noſtris cōtrapoſita.Nā figura ē cū cōtraria cōtrariis opponunt:& ſniæ pulchritudinē reddunt: ut apud Ouī.li.i.meta.Frigida pugnabant calidis humentia ſiccis.Mollia cū duris ſine pondere habentia pondus.

Anthropophagi cū.th.aſpirato ſcribit: dicunt latīe illi q humana carne ueſcunt.Nā αν.τρ.πο. a noſtris homo dicitur:& φαγ. comedo.Similiter pāphagi oīa mandentes.παν enim omnia deſignat.

Antrum cum.t.ſine aſpiratione ſcribitur.

Anubis cū.i.latino ſcribit uocabulū ē ægyptiū: qđ apud nos carmē īdicat in cuius forma Mercurius ipe colebat:Vnde Vir.li.viii.æne.Omnigenumq; deū mōſtra ac latrator anubis:& facit in genitiuo anubidis:ut Ouid.li. primo de ſine titulo: Per tua ſacra præcor: per anubidis ora uerendi.

Anus cū unico.n.ſcribi iā cōſueuit:& nō cū duplicato ut ātiq cōſueuerūt q teſte Feſto ab ānoq; multitudīe dictā putabāt:at moderniores ex a qđ ē ſie:& vouϛ itellect. cōpoſitā putāt:iō cū unico.n.ſcribūt.

Anxyrus cum.y.græco ſcribit:uocatus ē iuppiter a cāpanis cōponit ab αν.ευ qđ ē ſine:& ξυρ. rado: q̄ ſi abſq; raſura ſit:& īberbis.Na ſic quoq; apd illos colebat.Vnde ait Vir.li.vii.ænei:circæūq; iugū qs iuppiter anxyrus aruis Præſidet & uiridi gaudens feronia luco.Et īde tractū anxur puto cōuerſione .y.græci ī.u.noſtrū.Nā olim teſte Liuio lib.iiii.ab urbe dicebatur anxur qđ nūc Tarrhacina dicitur.

Anyur cū.x.cōſonātē ſcribit oppidū fuit uolſcæ gētis:qđ nūc Tarrhacina dicit:ut Ennius.Volſculus pdidit anxur & facit in genitiuo anxuris ut Luca.

lib.iii.Iãq; & p̃cipites ſupauerat anxuris arces.

Aonia cũ.i.latino ſcribit.Eſt boetiæ pars montana ab aone rege dicta:Vir.in Sileno aonas in montes ut duxerit una ſoroꝝ. Nã & alio nomine phocis dicta fuit:in q̃ ſub monte parnaſſo ciuitas delphis apollinis oraculo clariſſima fuit.

Aonides cum.i.latino ſcribitur:dictæ ſunt muſæ a fonte aone in aonia regione Boetiæ illis conſecrato.Vnde ſuue.Cupidus ſiluarum aptuſq; bibẽdis Fontibus aonidum.

Apamia cũ.i.latino ſcribitur urbs ẽ minoris aſiæ: q̃ prius dicta fuit Celene:ut i ea dictiõe uidebimus. Hãc Seleucus nicanor cõſtruxit:quã Marſias fluuius circũfluit.Qui & ex eius arce Meander fluuius caput atollere ſcribit.In eadẽ marſias natus ẽ & ſepultus:ut ſuis dictiõibus hæc oia uidebimus.

Apamea cum unico.p.& unico.m.atq;.e.abſq; diphthongo ſcribit:iſula ẽ teſte Plinio a tigride fluuio circũfuſa:cui antiochus id nomẽ a ſuæ matris nomine impoſuit.

Apaytæ cũ.y.græco ſcribit populi ſunt aſiæ ſcythices ut oſtẽdit Herodo.lib.hiſto.iiii.

Aphæreſis cũ.ph.aſpirato &.æ.diphthongo i ante penultima ſcribit:dici poteſt abſciſio.Nã ab αφαιρω uerbo:quod eſt abſcido deſcẽdit. Vnde figura dr:quæ a principio dictiõis litteram uel ſyllabam aufert:ut Pone metũ citheræa:temno .p contemno capere pro decipere Virg.lib.geor.primo. Neq; iſidiis noctis capiere ſerenæ.

Apelles cũ unico.p.& gemĩato.l.ſcribit fuit pictor eximius:patria cous:& teſte Quint.lib.xii. de iſtitutione oratoria ingenio & gr̃a quã i ſe maxime iactabat p̃ſtantiſſimus.Nã ut ait Pli.lib.xxxv.natur. hiſtoriæ:oẽs prius gẽitos futuroſq; poſtea ſuperauit & picturæ plura ſolus .ppe q̃ cæteri oẽs contulit.Voluminibus ẽt ad Perſeũ diſcipulũ ſuũ editis quæ doctrinã eã cõtinerent. Fuitq; Olympiade cẽteſima duodecima. Huius quæ ſint nobiliſſimæ picturæ Pli.dixit nõ eſſe facile dici:ſed ſummæ laudauit Venerẽ ab eo pictã exeuntẽ e mari: q̃ poſtea Romã adductã diuus auguſtus dicauit i delubro patris Cæſaris:quæ αναδυομενε uocat uerſibus græcis:cuius inferiorem partem corruptam q reficeret non potuit reperiri. Conſenuit hæc tabula Cariæ & aliã pro alia ſubſtituit. Nero principatu ſuo de Rhotæ manu:de qua puto locutus eſt Ouidius lib.iii.de arte cum dixit.Si Venerem cous nũquam pĩxiſſet apelles Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.Verum & aliam Venerẽ eodem Pli. teſte ĩchoauerat cui ſuperaturo ẽt illã ſuã priorẽ iuidit mors peracta parte:nec q ſuccederet operi ad præſcripta liniamenta iuentus ẽ. Pinxit & Alexandrũ magnũ fulmẽ tenẽtẽ i templo Epheſiæ Dianæ & fulmẽ extra tabulã uideri ſcribentes meminerint & ifra ſubdit idem auctor:pĩxit quæ pigi nõ poſſunt:tonitrua:fulgetra:fulgura:& ſimilia. Quare ut nonnulli ferunt Alexander magnus a nullo alio poſſe pigi edicto poſito capitali edixit.Fuit illi æq̃lis ariſtides thebanus:ut i ea dictione uidebimus.

Apes cũ unico.p.ſcribit:uolatile notũ eſt: ſed cõponit dictio ex.a.quod ẽ ſine:& pes: qa ſine pedibus naſcit:dicẽte Virg.lib.geor.iiii. Trunca pedũ prĩo mox & ſtridentia pẽnis Miſcent tenuemq; magis aera carpunt.Reperit & apis in nominatiuo cõ. i. latino:ut apud Ouid.li.metamor. xiiii.Nõ apis i de tulit collectos ſedula flores.Et lib. de põto.Melle qd̃ in cæris attica ponit apis: ſed hoc per q̃ rarũ eſt.Quare in genitiuo plurali facit apiũ uel apũ:& apis:ut dixit priſcianus i.vi.fit diminutiuũ apicula.alii nõ ab apis:ſed ab apes deduci magis uolunt ut ædicula ab ædes:ſedicola a ſedes:cædicula a cædes nõ apecula:ædecula:ſedecula:cædecula a. Similiter a fides teſte Seruio & Feſto nõ fit fidecula ſed fidicula.Quare nõ uex̃ eſſe uidet:qd̃ cõtra Seruiũ dixit Priſcianus i quarto:fidicula a fidis deriuatur qd̃ in noiatiuo ab antiqs iauditũ ẽ.Vnde ſic ſcribit Feſtus pompeius.Fides genus citharæ dictæ q; tãtũ inter ſe chordæ eius:q̃tũ inter hoies fides cõcordet.Nõ ergo fidis ſed fides dicendũ eſt:& ab eo fidicula:quæ parua ẽ cithara uel chordula: ubi pars totũ deſignat.Quin & cõponit cum cano: & dicit fidicen:ſicut cornicen ex cornu & cano: tibicen ex tibia & cano tubicẽ ex tuba ſimiliter & cão. Quæ omnia habent penultimam correptam:excepto tibicen.In quo ſolo per ſynæreſim duo .ii. breuia in unum.i.longum ſunt conuerſa. Namque debuerat geminari.i.& dici tibicen cũ tibia habeat.i.ante.a.& ipſum.a.ſemper in huiuſmodi compoſitionibus conuertatur i.i.ut cado incido: facio inficio tuba tubicẽ:iacio iniicio abiicio:qa remãſit primũ .i.&.a quod ſequæbat i ſecũdũ.i. fuit cõuerſum: ſic tibia tibicẽ cũ geminato.i.facere debuerat:ſed p ſynæreſim duaꝝ.ii.breuiũ i unã longã fecit tibicẽ. At de fidicula id rurſus aduertẽdũ ẽ: q; i plurali nõ eãdẽ ſignificationem detinet:ſed fidiculæ i plurali tortoriũ quoddã iſtrumẽtũ ẽ: ex duobus: ut reor & obliquatis lignis cõpactum: uel ab extorqũeda fide ac ueritate:uel a nerueis funibus uinculiſq; quibus ad illum modum hoies torquẽdi alligabant. Et huiuſmodi diminutiuorũ formæ tam penultimam q̃ antepeuultimam corripiunt:excepta cuticula:quæ antepenultimam ꝓducit:ut ſuue. Combibet æſtiuum cõtracta cuticula ſolem:qd̃ eum facere metri neceſſitas cõpulit. Nã quattuor breues habens dictio in heroico poni aliter non poterat. Quãuis Vir.in hiſce noĩbus q̃ttuor breues habentibus ſoleat ꝓceleumaticon ponere.

Apia cum.i.latino ſcribitur:dicitur teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto a ſcythis terra.

Apidanus cum.i.latĩo & unico.n.ſcribitur: fluuius eſt unus ex qnq; prĩcipalibus theſſaliæ:ut refert herodotus libro hiſto.vii.& tarde fluere dicitur quo uſq; illi commiſcetur Enipheus:dicente Luca.lib. primo: Iter gurgite rapto:Epidanus nunquãq; celer niſi mixtus Enipheos.

Apion cũ.i.latino ſcribit:fuit unus græcus hiſtoricus:q teſte Gellio Alexandri geſta deſcripſit: alter teſte Plinio in prooemio natu.hiſto. fuit grãmaticus:Quẽ Tyberius Cæſar cimbalum mũdi uocabat:quoniã publicæ famæ tympanũ potius uideri poſſet:q̃ ĩmortalitate donari.Hunc eũdem dixit Plinius idẽ lib.xxx.eiuſdẽ uoluminis umbras uocaſſe ad ꝓunctãdũ Homerũ:qua in patria qbuſq; parentibus genitius eſſet.Non tamẽ auſim profi

teri quid ſibi reſponſi ediceret.
Apiſcion cū.i.latino ſcribitur:& habet acentum in penultima:nomen eſt proprium uiri troiani.
Apluſtre cū unico.p.&.r.nō aſpirato ſcribiť:uocabulū ē græcū:cōpoſitū ex.a.qđ eſt ſine:& πλεω nauigo:ac ſi nauigatiōi neceſſaria nō ſint.Nam ornamēta ſunt nauiū:q̄ ultra indigentiam nauigatiōis naui adhibebanť:unde a qbuſdā deriuatiōe latina ampluſtra cū.m.ante.p.uocanť:quaſi teſte Feſto amplius eēnt q̄ neceſſario uſui euēirēt:& ſic primā longam neceſſario hēt:ut Iuue. in ſatyra. Omnibus ī terris.Victæq; triremis ampluſtre.Cicero uero abſq;.m.ſcripſit primā poſuit breuē cū ait.Nauibus aſſumptis fluuitantia q̄rere apluſtra.Germānicus uero cæſar ſimiliter ī aratro apluſtria cum prima lōga &.i.ī penultīa ſcripſit cū ait Fulgēt argoæ ſtellis apluſtria puppis.Nā licet faciat ablatiuū ſingularem in hoc ampluſtri:nominatiuum tamen pluralē nō ſolū in.a.ſed ēt in.ia.terminat.
Apocalypſis cū unico.l.ſequente.y.græco:& in fine cū.i.latino ſcribiť:dicit a nr̄is reuelatio.Nā cōponiť ex απο p̄poſitione:q̄ in cōpoſitione dixit re:& καλυπτω uerbo quod uelo operio uel tego.
Apophaſis cū.ph.aſpirato &.i.latīo ſcribiť:dici pōt latīne abnuentia.Nā ex απο præpoſitiōe ideſt re & φασισ qđ ē locutio:quaſi reſponſio cōponiť.
Apocope cū.c.nō aſpirato ſcribiť:dici pōt latīe abſciſio.Nā componiť ex απο præpoſitione:quæ in cōpoſitione dicit ab uel re:& κοπτω ſcindo:& tunc quoq; fit cū littera uel ſyllaba de fine dictionis auferať:ut Virgi.li.georgi.prīo Libra die ſomnīq; pares ubi fecerit horas:dixit die pro diei. Et lib.æne. prīo:Troas reliqas danaum atq; īmitis achilli:pro achillis.Ouidius ſimiliter affuit & ſertis temporа uinctus hymē:pro Hymenæus.Similiter ſat proſatis:& mulra alſa.
Apocryphus penultīa cū.c.ſimplici &.y.græco ſcribitur:dici pōt latine abſconditus abditus.Nam ex apo præpoſitione:quæ rē exagerat.& κρυφοσ qui eſt abſconditus componitur.
Apocriſarius cū.c.non aſpirato &.i.latino utrobiq; ſcribiť:dici poteſt a noſtris reſponſalis.Nā profiſcitus ab αποκρινομαι.quod ē reſpondeo: & απο κρισισ reſponſum.
Apœninus cū.œ.diphthōgo &.i.latīo ſcribiť:mōs eſt qui ab alpibus p̄ficiens uniuerſam italiā uſq; ī Siciliam diuidit:dictus ab Hannibale pœno: ut ſupra uidimus in dictione alpes.
Apodoxis cū.i.latino utrobiq; &.x.cōſonāte ſcribiť traducitur a Quintilia.euidens probatio.alii demonſtrationem tranſferunt:& deſcendit a λεικω quod eſt demonſtro.
Apologia cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:dici poteſt a noſtris reſponſio uel excuſatio & inde apologeticon quod idem ſignificat.
Apollōia cum duplici.l.&.i.latīo ſcribiť:fuit nomē plurium urbiū:quaꝝ una fuit in epiro quattuor millibus paſſuū a mari diſtans:ut teſtis eſt Plinius li.iiii.naturalis hiſtoriæ.Alia eodē teſte fuit in creta.alia ī ſyria:ut idē li.v.mōſtrauit alia teſte Hero. lib.hiſto.iiii.fuit in thracia.
Apollo cū duplicato.l.ſcribiť:fuit iouis fil.ex Latōa eodē partu cū diana natus:q̄ mox ut in īſula delos exiit:& ad phocenſes adiit:Phitonē ſerpētem : qui matrē Latonā p̄ſecutus fuerat.ſagittis cōfecit: diui natiōis & ſapiētiæ deus a poetis appellať: medicinæq; artis & herbaꝝ ciuiū cōptor ab Ouidio aſſeriť quāq; Pli.li.vii.naturalis hiſtoriæ Chironē eius artis cōptorē dixit:ut late ī dictiōe Hippocrates uidebius:Citharā pulſans q̄ a Mercurio dōatus fuerat miſſus canentibus p̄erat. Quare citharā tenēs mitis dicebať:ut Hora.cōditio mitis placidoq; tælo ſupplices audi pueros apollo.Nāq; ſagitis arma tus nocuus putabať:ut oſtendit Homerus li. primo iliados:amauit prīo Daphnē poſt illā Hiacinthū pueꝝ:quē cū ſecū diſco luderet agēte ex iuidia Borea iterfecit.Vitiauit ēt cinerē penei filiam ex q̄ ariſteum ſuſcepit:& plura quæ de illo loquuntur poetæ.Hūc pro ſole accæptum ab antiquis oſtendit Mac.ī prīo ſatur.& pluraliū auctorum teſtimonio:ut ſecūdū platonē dicať ab απαλλειν τασ ακτινασ:ideſt a iactu radioꝝ.Secūdū Chryſippū uero οτι μονοσ εσι κ αι ουκι πολλοι :hoc ē quia ſolus ē:& nō multi.Nā πολλοι apd̄ græcos multos indicat:&.a.quæ ē prima apollinis littera negationem facit a multis.Vnde & ſolē latini dicunt:ut dixit Macrobi.quia tantam claritudinem ſolus obtinuit.Si qui alias interprætationes uidere cupiunt: in Macrobio legant.
Apollodorus cum duplicato.l.ſcribitur:habetq; accentum in penultima:fuit pictor ſua ætate maximus:hoc eſt nonageſima tertia Olympiade. Hic teſte Pli.li.xxxv.natu.hiſto.primus ſpēs exprimere iſtitutit:primuſq; gloriā penniculo iure cōtulit.
Apoplexia cū.x.conſonante &.i.latino ſcribiť:dr̄ ſubita p̄cuſſio.ex qua ſequiť mors.Nā a πλικτω deducitur:quod eſt percutio.
Apoplecticus abſq; aliqua aſpiratiōe & cū.c.ante.t. ſcribiť:traductū cōpi enecatū ab ea q̄ ſupra dixius.
Aporia cū unico.r.&.i.latio ſcribiť : dicit apud nos inopiam ſeu penuriam.
Apoſtaſia cū.t.nō aſpirato &.i.latīo ſcribiť dr̄a noſtris refugiū uel rebellio.& inde apoſtata rebellis.
Apoſtema cū.t.nō aſpirato ſcribiť:dr̄a nr̄is uomica ſiue pānicula:habetq; accētū in ante penultīa apud græcos αποσημα ideſt recolectio.
Apoſtolus cū.t.non aſpirato & unico.l.ſcribiť:dr̄ a nr̄is miſſus.Nāq; deſcēdit a ſecundo aoriſto uerbi αποστελλω.qđ ē mitto:ubi uerbū p̄dit unum.l.ut uidimus in dictione epiſtola.
Apotheoſis cū.th.aſpirato ſcribiť traductū ab antiqs ī qbuſdā comperi cōſecratio ita ut cōponi uelit ex απο p̄poſitione q̄ aliquādo ab īdicat & τεοσισ diuinitas quaſi a diuinitate procedens.Vnde dixit Seruius in Daphnim.Apotheoſim idē eſſe qđ relationem in deos:quum ſcilicet hoīem inter deos connumeramus.
Apoſtrophe cū.t.exili &.ph.aſpirato ſcribitur : dici pōt latine cōuerſio.Nā figura locutiōis ē. cum ad aliquē p ſecundā p̄ſonam fit cōuerſio ut te nō alloquor Aphricane cuius mortui nomen ſplēdori ac decori ē ciuitatī.Tui clariſſimi nepotes ſuo ſanguine abluerunt inimicorum crudelitatē:ut oſtendit Cicero in dignitatibus.

Apoſiopoſis cū .i. latino utrobiq; ſcribit̄:& cōponit̄ ex apo ꝓpoſitione:& σιοπαω qđ ẽ ſileo. Nā ẽ q̄ſi iter cæptū ſilẽtium:ut Neptunus ad uẽtos apud Virg. li. ænei. Quos ego ſed motos ꝓſtat cōponere fluctus. Nā ſubſilẽter puniā:uel qđ ſimile. Similiter. Terẽti. i Eunucho: Egōe illā:q̄ illū:q̄ me:quæ non. Hoc ẽ. Egone illā digner aduẽtu meo:q̄ illū ꝓpoſuit mihi:q̄ me ſpreuit:quæ me nō ſuſcæpit heri.

Apotheca cū .th. aſpirato &.c. ſimplici ſcribit̄: dici pōt repoſitoriū uel recōditoriū. Vnde apud iuriſconſultos obligationis genus quondā exprimit.

Apollydes cū duplicato .l. &. y. græco ſcribit̄: latinæ depditi dici poſſunt:Nā ab απολλυω qđ ẽ deperdo deſcẽdit. Quo uocabulo uſus ẽ Vlpianus de legatis tertio cū ait. Depditi qbus aq̄ & igni interdictū ẽ fide cōmiſſum relinq̄re nō poſſunt. Quia nec teſtamẽtū faciẽdi ius habent:qn ſint apollydes.

Apulia cū unico .p. & unico .l. atq; .i. latino ſcribitur habetq; primā breuẽ:licet appulus appula appulū primā ꝓducat:& ob id ꝑ duplex .p. ſcribat̄:qđ oſtẽdit Ho. i duobus uerſiculis i lib. iii. carminū cū ait.

Me fabuloſe uultur in appulo.
Nutricis extra limen apuliæ.

Sicq; fere ſemp obſeruatū annotauit. Nāq; Iuuenal metri neceſſitate produxiſſe uidet̄ cum ait Prouincia tanti:uendit agros:ſed maiores apulia uendit. Et Horati. in primo ſermonū:Incipit ex illo montes apulia notos Oſtentare mihi. Et ẽ apulia prouincia Italiæ:mari adriaco conterminata:iter Dauniā ſcilicet & Calabriā ſequẽtibus deinde ex eo latere ſalentius. Quanq̄ nōnulli & Dauniā cum. Apulia eſſe uolunt:a Dauno ſcilicet pilumni filio cognominata:dicente Plinio libro. iii. naturalis hiſtoriæ: Apulia dauniorum cognomine a Dauno. Diomedis ſocero dicta eſt Quod de apuliæ parte intellexiſſe exiſtimo:quæ uerſus forentanos extenditur: habetq; loca ut dicunt aquarum indigna:qđ Perſius ſenſiſſe uidetur:cum ait in ſecunda ſatyra. Nec linguæ tantum ſitiat canis apula quantum:ubi penultima breuis eſt.

Apricus cū .i. latino &.c. exili ſcribit̄. dici pōt latinæ ſolanus. Nam dictio græca compoſita eſt ex α qđ eſt ſine & φρικηο quod eſt frigus ſiue hortor. Nā apud poetas & locus dicitur gaudens Sole: unde hoſes aprici dicuntur. Virg. lib. georgico. tertio.

Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis.

Perſius:aprici meminiſſe ſenes: & inde aphricam dictam uoluit Feſtus.

Aphrica cū .ph. aſpirato &. i. latino atq; .c. exili ſcribitur. interprætari: poteſt ſine frigore. Nā teſte Feſto deſcendit ab a quod eſt ſine. & φρικης frigus:ut in præcedenti dictione uidimus.

Apries cū .i. latīo ſcribitur:fuit pſanimis regis ægypti filius:cui i regno ſucceſſit. Hic cōſpirātibus cū Amaſi ægyptiis:ut ſcripſit Herodotus libro hiſtoriarum ſecundo & regno & uita priuatus eſt: poſtquẽ Amaſis regnauit. Ille uidelicet: contra quem Cambyſes Ciri filius pugnauit. Nā amaſis alius de quo ſupra diximus longe ante regnauerat.

Aphros cū .ph. aſpirato ſequente .r. ſcribitur: dicit̄: a noſtris & ſpuma & inde afrodita Venus uocatur quia de maris ſpūa a poetis cōcæpta fertur. Similiter aphronitrum ſpumanitri uocatur. Martial. in ultimo. Spuma uoco nitri dicor & aphronitrum.

Aptotus abſq; aſpiratinoe ſcribit̄: dicitur a noſtris ſine caſu:ab a quod eſt ſine:& τοσις caſus.

Ara ſine aſpiratione & unico .r. ſcribit̄ habetq; apd̄ græcos accentum in ultima:& ſignificat obſecratiōem: uel ſecūdum ſeruium præces:unde καταρα impræcatio dicitur.

Arabus cū unico .r. ſcribitur:fuit teſte Plinio libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ apollinis ex babylōe filius. quẽ qdā ut ait medicinā adiueniſſe uolunt.

Arabia cū unico .r. &. i. latino ſcribitur:regio ẽ i aſia iudæam ab ægypto diſterminans:ſic quoque cognominata:ut aliqui uolunt ab arabo Babylonis & apollinis filio:at uero Solinus arabiā ideſt ſacrā interprætari dixit. Hāc apud Ptolæmeū in geographia triplicem eē comperio:fœlicem ſcilicet: quæ ea eſſe uidet̄:quam Plinius lib. vii. naturalis hiſtoriæ planam eſſe dixit inter tigrim & euphratē aliam uero dixit Ptolæmeus petreā:aliam diſertam. ab arabia arabs & arabus gentilia noīa deducunt̄: ut Virg. lib. vii. æneidos. Siue geris inferre māu lachrymabile bellum Hyrcanis ue arabis ue parant Quod ab eo quod ẽ arabus:& ab eo quod ẽ arabs. & ab hoc arabe facit arabus.

Arabarches cū .ch. aſpirato ſcribitur:& dicitur quaſi arabum arches. i. princeps:hoc eſt ex primis arabiæ. Iuue. in .i. ſatyra. Atq; triūphales iter q̄s auſus hēre Neſcio qs titulos ægyptius aut arabarches.

Aræthyree cū .æ. diphthōgo &. th. aſpirato ſeq̄nte .y. græco ſcribitur urbs fuit in peloponneſo: quā amœnā eſſe dixit Homerus libro iliados ſecundo.

Arachne cū unico .r. &. ch. aſpirato ſcribitur. Nā ſic quoq; a græcis & ab antiquis noſtris ſcriptū comperi:at uero moderni illud .ch. ī .g. ob. litteraꝝ affinitatē cōuertunt:& aragne iam ſcribūt cum .g. ut ſupra uidius mediū ſit iter .c. exile &. ch. aſpiratū:& eſt uermis qdam:q telam intexere & ſuper eam aſcẽdere deſcẽdereq; cōſueuit:unde ab αραρω: q̄ eſt aſcendo:ut græci dicunt deducit̄. Et ut dicunt poetæ fuerat uirgo Elidia lanificii pitiſſima: q̄ cū Mineruæ in artificio ſe ꝓpōeret:ab illa i eiuſmodi beſtiolā cōuerſa fuit:de qua Ouidius libro metamor. vi. plene omnia pertractauit: eſt etiā arachne urbs theſſaliæ:quā teſte Liuio libro ſecūdo de bello macedonico ueneus fluuius alluit.

Aragne cū .g. ãte .n. cōſueuerūt iā a noſtris ſcribi. ſed græcis cū .ch. aſpirato ſcribitur:& ſic ab antiqs latinis ſcriptū ſemp cōperīus:ut a græcis αραχνη: a latinis arachne:ut in præcedenti dictione uidimus:& dicit̄ latinæ aranea. Virg. li. iiii. georgicoꝝ in foribus ſuſpendit aranea caſſes:& ut dixit Ser. araneus etiā ab antiqs in maſculino dicebatur.

Araris cū unico .r. in prima & altero in ultima atq; .i. latīo a græcis ſcribit̄: fluuius eſt galliæ narbonẽſis:q̄ cum a mōte Vogeſo efluat:& ꝑ edoꝝ ac ſeq̄noꝝ fines tranſeat:tanta ſignitie defluit:ut quonā pgat uix dignoſci poſſit. Itaq; ſtagno ſimilis ꝑ lugdunẽſem coloniā Burgūdiæ ciuitatē egreſſus ante urbis muros cōmiſcet̄ Rhodano:quo teſte Lucano:Raptū uelocibus undis in mare fert ararim.

Arar idem eſt cū ſuperiori fluuio: ſed per apocopā

teſte Priſciãõ i.vii.ſic dr:ut Luca.li.vi.Rhodanũq; morantem præcipitauit arar.

Ararus cũ.u.uocali in fine ſcythaq; ẽ fluuius:ut oſtẽdit Herodo.lib.hiſto.iiii.

Aracynthus cũ.c.exili ſeq̃nte.y.græco &.th.aſpirato ſcribitur mõs ẽ Mineruæ ſacer:quẽ quidem in actica regione eſſe dr:qđ Virgilium tetigiſſe aſſerunt cum ait amphyon dirceus in actæo aracyntho.Alii uero nõ in attica:ſed in boetia eſſe dicũt: & morepaſtorali Virgiliũ fuiſſe locutũ: q locum unũ p altero ſæpe ponũt.ut ſimiliter apud Theocritũ ſæpe cõſpicit.Nõnulli uero in archadia eẽ dixerunt Solinus uero & Pli.li.iiii.natu.hiſto.a carnaniæ montẽ dicunt.Quare puto & in artica & in boetia:& in archadia:& in acarnania eiuſdem noĩs montes fuiſſe.& Virgilium in actæo dixiſſe ut alios excludere.Velut alii uolũt legendũ eſt in actæo cum.c.ante.t.atq;.æ.diphthongo:& non cum duplicato.t.qđ ſic quoq; littoralẽ ſignificat ab ακτη quod eſt litus:quaſi dicere uelit Virgilius in littorali aracynto.

Aratrum cum.t.non aſpirato ſcribitur:ab ubi nos in ſecunda habemus.a.græci.o.ponunt dicentes αροτρον.

Aratrus cum.t.exili ſcribit:fuit ex aſia Cilix poeta clariſſimus: filius athenodori ex litophiſe uxore: ut cariſtius ſcripſit:didicitq; a Zenone philoſopho ſtoico odiſſeam Home.& apud antigonum regẽ macedonũ poſt alexandrum moram traxit.Et cũ aſtrologiæ ignarus eſſet:de aſtrologia librum elegantiſſimũ ſcripſit dicente Cicerone libro primo de oratore:conſtat ĩter doctos homines ignarum aſtrologiæ ornatiſſimis atq; optimis uerſibus aratũ de cœlo ſtelliſq; dixiſſe:& conſcripſiſſe: cuius libru Cicero ipſe.& germãicus cæſar atq;.T. Claudius Cæſar ſic eni iſcriptũ cõperi hexametris uerſibus ĩ latinũ traduxerũt.Ideo dicebat Ouidius:Cũ ſole & luna ſemp aratus erit.Putoq; illũ in tẽpore theocriti extitiſſe:Cũ aratũ in q̃dã ſua ægloga ĩducat philinũ adoleſcentem ardenter amare & aliqua pro reditu pilihni echio deos præcari:q̃ ad aſtrologiam ſpectare uidentur.

Araxes cũ.x.cõſonante ſcribitur.Eſt armeniæ fluuius:dicente Lucano libro ſeptimo:armeniumq; bibit romanus araxẽ:ſuper quo teſte Seruio alexander magnus pontem fecit quem fluminis icremẽta non molto poſt ruperunt.at auguſtus firmiori põte eũ lignauit quapropter in ipſius auguſti laudẽ dixit Virgili.lib.enæi.viii.Et pontẽ indignatus araxes ξουτερμοδλον φασισ ταυαισ τερευσιν: ut dixit Orpheus in argõautica:hoc ẽ ex quo thermodoon phaſis tanaiſq; fluunt:qđ ſane ab aliis q loca poſtea diligentius pſcrutati ſunt:non eſſe uerũ compertũ fuit.Nam ut oſtendit ptolæmeus araxes mõte piardes armeniæ profluit:& ĩ mare caſpiũ uerſus oriẽtem decurrit:atq; flumia q̃ numerauit Orpheus ex aliis locis etiam non paruo ſpacio diſtantibus oriuntur.

Arcadia cũ.c.exili &.i.latino ſcribitur:regio ẽ ĩ pelopõneſo.& ps achaiæ inter mare ioniũ & ægæũ diſpoſita ab arcade iouis ex Caliſtone filio cognomiata dicta prius teſte Seruio parrhaſia: ut tetigit Virg.lib.viii.cũ ait parrhaſio dictũ pãnos de more licæi.i.more archadico qđ cognomẽ a ciuitate parrhaſia aſſumpſiſſe puto:de q̃ meminit Home.lib.ilia.ii.ĩ hac cõpta fiſtula diſparibus cicutis:& foraminibus credit ĩ eadẽ ſunt aſini aliis maiores & p ſtãtiores:ideo ait Iu.ĩ ſaty.& ſpes & rõ.Quod leua in pte mamillæ nil ſalit arcadico iuueni.i.aſinino.& pauci ſenſus ĩ eadẽ palus ẽ Lærnæa:ubi ab Hercule fuit hydra mactata:ut ĩ dictione hydra uidebĩus.Fuit ẽt ĩ eadẽ regio ac ſilua nemæa ut uidebimus ĩ dictiõe Cleõe.Itẽ & Pli.teſte li.iiii.nat.hiſto.Sunt in ea montes plurimi: ut pholoe cũ oppido: Itẽ Cillenæ licæus:in quo licæi iouis delubrũ.Mænelaus artemiſus parthenius Nonacris Erimanthus:& alii non ignobiles.

Archander cũ.ch.aſpirato ſcribit:fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriarum ſecundo Danai ſocer.

Arceſilaus cũ.c.nõ aſpirato & unico atq;.i.latino & ſine aliquo diphthongo ſcribit:fuit unus ex qnq; ducibus boetioq; q ad troiã cũ qnquaginta nauibus aduenerunt ut oſtẽdit Homerus li.iliados.ii.alius fuit philoſophus patria pitanæus Scythi filius audiuit prio auctolicũ matemathicũ ciuẽ ſuũ cũ quo Sardis perexit:deide Xãthum atheniẽſem muſicũ.Poſt quẽ theophraſti auditor fuit.Tũ demũ ĩ acadẽia ſe ad Cratonẽ cõtulit. Et cũ ĩ dicẽdo grauiſſimus eẽt.& iſcribẽdo ſatis exercitatus:poeticæ quoq; operã dedit:amplectabaturq; Homerũ maxĩe ex oĩbus cuius adeo ſtudioſus erat: ut ſemper ante ſomnũ eius aliqd legeret: pidarum quoq; dicebat eſſe in primis idoneum ĩplere uocem.Verborum quoq; ac noĩum copiam præbere. Et multa de illo locutus eſt Laertius.Obiit tãdẽ teſte Hermippo cum merũ ĩmodice hauſiſſet: ac p id offendiſſet ætatis ſuæ anno ſeptuageſſimoquinto. Fuerunt & alii Arceſilai.Vnus poeta priſcæ comœdiæ alius elegiæ itidẽ poeta:alius ſculptor.

Arceſius cũ.c.exili & unico.s.atq;.i.latio ſcribit:nomẽ eſt uiri propriũ:cũ quo ulyxes nonnulla tractauit.ut oſtendit Homerus libro.xi.odiſſeæ.

Archemolus cũ.ch.aſpirato & unico.l.ſcribit: fuit Rhœti filius Marubioq; regis ĩ Italia:q̃ cũ teſte ſeruio ſup.x.ænei.filio nouercã Caſperiã ſup ĩduxiſſet:ſtuprauit illã priuignus.Quo cognito tũ eũ pater ,pſequæret:& ad pœnã uexaret:fugiẽs ille ſe ad Turnũ cõtulit:ut eodẽ li.oſtendit.Vir.

Archemorus cũ.ch.aſpirato ſcribit:fuit lycurgi Nemeæ regis filius:hic Hypſiphylẽ nutricẽ hũit:q̃ cũ ſitiẽtibus græcis ad expeditionẽ thebanã euntibus fontẽ langiã mõſtraret:& ſup uiridanti herba puerũ Archenorum reliqſſet a ſerpẽte morſu affectus occubuit:unde fons ille archemorus dictus fuit:& annus agon iuxta illum in eius honorẽ exercebat: de quo Iuuena.in fine ſatyræ.Et ſpes & ratio meminit cum ait dicat patriam nomẽq; nouercæ Archenori:hoc eſt Hypſiphyles quæ nouercali ritu puerum ſine cuſtodia dereliquit.

Archelaus cũ.ch.aſpirato ſcribit:fuit unius antenoris troiãi filius quẽ Homerus li.iliados ſecũdo rei militaris pitiſſimũ dixit. Alius fuit atheniẽſis philoſophus:ſeu ut alii dicunt meliſius: hũitq; patrẽ apollodoꝛ.fuit auditor atq; ſucceſſor anaxagore:

hic prius ex Ionia physicã philosophiã athenas in uexit:& appellatus est physicus Socrate æthicẽ introducẽte:quanq̃ hic æthies rudis nõ fuit. Namq; de legibus philosophatus ẽ,& de hõesto & æquo porro socrates qđ sumpta ab eo propagauerit, inuenisse putatus ẽ alius fuit geographus q omnem ab alexãdro peragratam terram descripsit. Alius teste Laertio naturæ propria uersu tradidit: alius etiam qui oratoriam artem scripsit.

Archeptolomus cũ.ch.aspirato &.t. simplici hoc ẽ sine aspiratiõe scribitur:fuit filius Iphiti.& auriga Hectoris suffectus Enipeo interfecto a Diomede ut in ea dictione uidebimus.

Archetypus cũ.ch.aspirato &.t.simplici atq;.y. græco scribit:apud nos dici põt exẽplaris:ut Iuuenalis in secunda satyra. Et iubet archetypos pluteũ seruare cleantes. Nã componit ex arche.quæ est principalis & typos figura:q̃si ex principali & naturali figura trahantur:ut Virg.lib.vi. Viuos ducent de marmore uultus. Martialis in duodecimo sic tãq̃ tabulas sciphosq; paule. Omnes archetypos habẽs amicos.

Archia cum.ch.aspirato &.i.latino scribit.dr apud nos principatus.& ide arcos princeps.quin & nomen proprium ut pro archia poeta.

Archigenes cũ.ch.aspirato &.i.latino scribit interp̃tari potest principes generationis:& licet nomẽ ꝑ priũ sit medici cõtra quẽ galiẽus sæpissime i libris suis inuexit:cõiter pro gtæculis:aut similibus accipere consueuimus.q se præ oĩbus sui generis scios ostendebant ut in dictione protogenes q̃ idem fere designat apparebit:Sed eo medico: aut simili intellexit Iuuena.cum in saty. Credo pudicitiam de mulieribus romanis locutus ait. Tunc corpore sano aduocat archigenem.

Archilocus cũ.ch.aspirato tã in antepẽultima q̃ i ultima scribit:fuit unus Nestoris & Euridices filius ut ostẽdit Home.i odissæa:hic patrẽ in expeditiõe troiana secutus & uiriliter pugnãs a memnone ut qdam uolunt iterfectus fuit. Alii asserũt eum cum achille i tẽplo Thimbræi apollinis a paride obtrũcatũ de quo Iuue.in saty. Oĩbus i terris de Nestore cũ loquaret ait de legibus ipse quærat Fatorũ & minimo de stamie cũ uidet acris archilochi barbã ardentẽ & reliqua alius fuit siculus. q ariciam urbẽ cõdidit:ut testat Solius alius fuit poeta lacedæmonius Romæ regnante Tullo hostilio ut dixit Cornelius nepos i quo teste Quiriliano libro decimo de istitutione oratoria summa uis elocutiõis fuit tũ:breues uibrãtesq; sniæ plurimũ sanguinis ac neruoꝝ. Huic Licamber dispõsare Neobolem natã ꝑmisserat. Quã.cũ alteri nuptum daret: adeo moleste poeta tulit:ut metrũ aduinuenerit iambi cum:quo Lycãbri obprobria oĩbus decantaret: dicente Horatio i poetria. archilochũ ꝑprio rabies armauit iambo. Hũc socii cœpere pedẽ grandesq; cothurni. Quibus uulgarissime decãtatis Licãber & filia atq; uxor se laqueo suspenderunt. Quos sane libros teste Valerio de seueritate ob impudicã lectionem iusserunt lacedæmones ex urbe tolli:& ipse in exilium missus est:dicente Ouidio in Ibim. Vtq; reportori nocuit pugnantis iambi.

Sic sit i exiliũ lingua proterua tuũ. Et ut ostẽdere uidetur Plinius libro.vii.natu.histo. fuit deinde interfectus. Eius uerba sunt archilochi poetæ iterfectores Apollo arguit delphis.

Archimedes cũ.ch.aspirato &.i.latio scribit fuit syracusanus i oĩ geometria ante alios mira subtilitate laudat ut testat Apulegius li.i.de Magia. Cuius mortẽ late descripsit Plinius li.ii.natu.histo. Nam captis Siracusis ꝑ ꝑditionẽ quã cõtra uim Marcelli romãi diu defensarat cũ oĩa euerterẽt hostes ipse diametros suos i puluere obsignãs a ꝑtereũte militẽ icognitus occisus est. Hic teste Cicerone lib. tusculanarum primo fuit primus speræ fabricator: Quod Iaertius anaximãdro attribuit. hic de cylindro opus eximiũ scripsit q; nup cõpertũ Nicolaus quitus summus põtifex i stilũ latinũ traduci fecit.

Architas cũ.th.aspirato &.y.græco atq;.t. simplici scribit:fuit mnesagoræ siue ut aristoxẽus ait Estiei filius tarẽtius patria & philosophus pythagoricus nobilissimus hic platonẽ cũ a Dionysio necandus eẽt:ꝑ epistolã eripuit admiratiõi sũmæ apud plurimos habitus ẽ i omni uirtutis genere. Præter hunc teste Laertio alii tres fuere unus mitylenæus musicus:alius qui de agricultura scripsit. Tertius epigrammatum poeta quartum plæriq; addũt architectum.cuius proferunt librum de machina.

Architriclinus secũda cũ tantũmõ aspirat:& cũ.i.latio utrobiq; scribit:dicit is q in aula discũbẽtium principalis habet:& cõponit ex dictiõibus tribus: prima archi q̃ pricipalẽ indicat:secũda ẽ tris: q̃ idicat tres tertia ẽ κλίνη q̃ lectos significat:seu toros. Nã i aula tres toros in tribus aulæ dimensionibus collocabãt.ubi conuiuãtes discũbere cõsueuerunt: unde ait Iuuena.i satyra. Si te proposiți: Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto:una simus ait: & reliqua. Et i prima satyra idẽ poeta ait. Optima sylua rũ iterea pelagiq; uorauit Rex horũ:uacuisq; toris tanum ipse iacebit:sed quoniam pacto triclinium ab antiquis traductum sit: i ipsa dictiõe uidebius.

Archimagirus cũ.ch.aspirato &.i.latino scribit: dici potest a nostris principalis cocus. Nam componit ex archi qđ est principale & μαγειρος cocus.

Architectus sola antepenultima cũ aspiratiõe atq;.i. latino scribitur:dicitur qui præest structuris ædificiorum:quasi principalis τεκτον idest faber.

Atys alius Crœsi lydoꝝ regis maior natu filius fuit qui nulla arte custodiri potuit:qn ferro necaret. Nā teste Hero.li.histo.i.ab Abrastro uenando fortuitu iterfectus fuit:alius eodē noīe eius frater fuit:q cū natus diuq; e linguis educatus eēt: ui tioris pīnæ nectis uocalis euasit.Cuius hæc fuerunt uerba teste Home.lib.histo.i. ανθρωπε μη κτεινε τον κροισον:hoc est o homo ne interfice Crœsum.

Atina cū.t.exili &.i.latio scribiť:fuit teste Seruio sū per septio ænei.urbs iuxta pontinas paludes cāpaniæ q̄ ciuitati erūnas inferebāt.unde sic quoq; cognominata fuit.Nā ατη:græce latine erūna dicit. Virgilius tamen dixit atina potens:tyburq; superbum.

Atlas cū.t.exili īmediate sequēte.l.scribiť:mons est mauritaniæ sic quoq; noīatus ab atlante rege filio Libyæ a quo teste Pli.lib.vii.natu.histo.astrologia primū cōperta fuit:Sed duo mōtes eiusdē noīs in mauritania ab Herodo.& aliis nōnullis historicis describūť. Vnus qdē ꝓpinquior colūnis Herculis. Alter uero in interiora libyæ remotior: quē rotūdū esse dicit:& altissimū. Cuius summitas nūq; uideri pōt:qa nubes ab illo nec æstate:nec hyeme diuellūť. Quē īcolæ:ut ille refert unā cæli colūnā esse asserūt. Et ut ferūt poetæ fuit ī illū atlas mauritaniæ rex conuersus:Quare in formā uiri Virgil. eum descripsit:cū ait libro æneidos quarto.

Atlantis cinctum assiduæ cui nubibus atris.
Piniferum caput uento pulsatur & imbri.
Nix humeros infusa tegit:tum flumine mento.
Præcipitat senis:& glacie riget horrida barba.

Similiter & eadē scriptura hoc ē cū.t.simplici īmediate subsequente.l.ponitur ab Herodo.ꝑfato lib. histo.iiii.atlas fluuius qdā magnus a summo mōtis æmi uersus septentrionē in istrum defluēs quē sic quoq; cognominatū ab atlāte arcadiæ rege existimo.Nam teste Seruio sup.viii.ænei. tres fuerūt atlātes. Vnus rex Italiæ:& pr̄ Electræ uxoris Coriti Alter arcadiæ & pater Maiæ ex q̄ Mercurius natus est. Et tertius maurus q maximus ē dictus: Et cui pene reliqua oīa attribuūť ab atlante atlātides patronymicū licentia poetica deducit:ut Ouidius li.metamor.i. Sedit atlantiades ꝑ atlātides a quo etiam atlantides populi:& atlanticum mare.

Athleta penultima cum.th.aspirato īmediate subsequente.l.& ultima cū.t.simplici scribitur:dicitur a nostris pugil & luctator.

Atomus cū.t.exili scribitur:dr̄ apud nos indiuisibilis:& īdiuidua.Nā ex a cōponitur:& τομη:qđ ē īcisio: Lucretius uero atomos munitiones uocauit.

Athochari cū.th.&.ch.aspiratis scribiť:sūt teste Herodo.populi scythici ī Asia:hi teste Pli.li.vi.naturalis histo.apricis ab oī noxio afflatu secluſi collibus eadē qua hiperbolei deiunguntť tēperie: Et subdit de his priuatim cōdidit uolumina Homerus sicut Echathus de hyperboreis.

Athos cū.th.aspirato scribiť:mōs ē inter macedoniam & thraciam. Quare nonnunq; mōs thraciæ dicit:ut Homerus ī hymno apollinis: φηκιος τα' τοσ:Nōnunq; macedoniæ:& aliquando æmoniæ mons dicit:quæ sub nomine macedoniæ:ut in'ea dictiōe uidebīus nōnūq; uenit:unde Seneca in Medea: Aemōius illas cōtulit pestes athos. Seruius uero sup.xii.ænei.Non athos cū.s. cōsonante infine: sed athon cū.n.ut apollon scribendū dixit. Quod auctoritate Virgilii cōprobauit q ibidē dixit. Quātus athon aut quātus aryx. Nā ut ait si athos cū.s. legeret:cū os breuis sit:minie staret uersus. Quin & alio cōprobat:qa athōa ī acusatiuo facit. Quod ut sane ipsa fateť ab Hero.& Homero obseruatū nō fuit. Nec ēt ut puto a nostris cōperit. Nā Virg. li.geor.i.ait. Aut athō.aut rhodopē aut alta ceraunia telo deiicit. Nisi qs dicat eclypsim fieri uel athona rhodopē scribendum esse. Estq; altitudinis admirandæ ut historici attestantur:ita ut usq; ad lēnum insulam umbrā protendere affirmēt:q̄ octogintasex milibus passuum a macedonia separatur de quo Statius lib.v.thebaidos ait. Ingenti tellurē ꝓximus umbra Vestit athon nemorūq; obseruat imagine pontū. Et cū sic arduus fuerit:teste tamen Herodo.li.histo.v.nauigatus fuit classibus ꝑsicis: & a cōtinenti iussu Xerxis mille qngentis passibus abscissus est:quin & pontem sub strimone fluuio derelictū:hoc est adeo subcauatū dixit: ut flumen ipm cursum supra pōtē cōficeret:& sub pōte mare inundaret:de quo in dictione Xerxes uidebīus. Atossa cū.t.exili hoc ē sine aspiratione & duplicato.s.scribiť:fuit teste Hero.lib.histo.iiii. filia Cyri quā & artystōe sororē Darius postq̄ ad regnū ꝑsarum sublimatus est uxores accæpit:& ex atossa ut idē auctor circa initiū libri septimi dixit Darius ipse Xerxem pgenuit:deide post illum regnauit.

Atrax cū.t.exili scribiť fluuius ē ætoliæ:a quo teste Pli.li.iiii.na.hi.atraces qdā populi cognomīati sūt.

Atreus cū.t.exili:&.eu.diphthongo ī fine scribiť:fuit filius Pelopis:& hyppodamiæ:nepos Tātali micenaq; regis & frater Thyestis:de qbus multa narranť a poetis:ut a Seneca ī Thyeste:& statio ī diuersis locus suæ thebaidos:Qui sane ostēdūt eos fuisse iter se sæuos:adeo ut Thyestes cū Europe fratris uxore cōcuberet:qđ dolēs atreus liberos ei epulādos apposuit. Cuius facinoris cum Thyestes exqreret ultionē a diis:respōdit illi Apollo posse alio scelere eius facinoris uīdicē nasci.s. si cū Pelopia filia sua cōcūberet. Quo facto natus ē egysthus:q atreū iterfecit.& Agamēnonē similiter a bello troiano redeūtē iteremit. Seru.sup.i.æne.dixit atreū apud Mycēas primū solis eclypsim iuenisset cur iuidēs fr̄ ex urbe discessit tpe quo eius ꝓbata sunt dcā:& ab atreo atrides deducit: unđ atride Agamēnō & Menelaus a poetis dci sūt qđ usurpatū fuisse dixit Ser.sup primū æneidos:qa plystonis fuerunt filii.

Athrys cū.th.aspirato &.y.græco scribiť: fuit teste Hero.li.histo.iii.thraciæ fluuius ī istrū defluens.

Atropos cū.t.exili scribiť:Vna dr̄ ex parcis q̄ filium frangit:unde cōponiť ab.a.quod est sine: & τρο/

πH cõuersio:quasi ad nullius p̃ces cõuertaf. Nã ut uoluit Home.tres sunt sorores.quaꝝ una dicitur Clothoꝙ.s.baiulat:alia lachesis quæ filat.Et tertia tropos q̃ filum frangit.Ita ut cũ alicuius fila diruperit morte moriatur:dicente.Martiale in primo:

Lanificas nulli tres exorare puellas.

Cõtigit:obseruãt quẽ statuere diẽ: has martianus dixit superũ librarias:& scriptrices:q̃.s.snias Iouis studio ueritatis accipiunt. Vnde & nõnunq̃ ab auctoribus nostris pro dispositiõe supeꝝ capiuntur iuxta qđ ait Iuuena.in satyra Neuole. Hæc exẽpla para fœlicibus:at mea clotho.Et lachesis gaudent si pascit̃ inguine uẽter.Vnde illas quoꝙ dixit Hesiodus in theogonia nascẽtibus hoibus bonum & malũ conferre. Quare latine parte teste Gellio lib. iii.noctium atticarum ex auctoritate.

Varronis imutata littera una a ptu nominantur.

Attalus cũ duplicato.t.exili & unico.h.scribit̃:fuit p gamenoꝝ rex:q ĩ miori asia cõtra Philippũ romanis fauit:de quo Liui.diuersis ĩ locis:& Iustinus li. xxxvi.plura scripsere alter eodem noie fuerat Neoptolemi filius fr̃ Olympiæ coniugis Philippi fris Alexandri magni:q deide cã fuit mortis Philippi.

Attagẽ cũ duplicato.t.exili scribit̃:auis ẽ teste Pli.li. x.natu.histo.cerebris & uocalis alias:sed capta ob mutescẽs:hæc ut ait primũ ionia cõperta fuit post modũ in Gallia & Hispania capta.

Attis cũ duplici.t.nõ aspirato &.i.latino scribit̃:Sane teste Seruio sup.i.geor.nõ solũ attis cũ.s.consonãte in fine:sed ẽt attin cũ.n.scribi põt: ut delphis & delphin:eleusis & eleusin. Et ut pgit:uerius i.n. desinunt:qa illud in obliqs habẽt q̃ in.s.ut attinos delphinos eleusinos:& ẽ attin regio iter achaiã & macedoniã:q̃ maxie græciæ nomẽ retinet. Nã ab Istion corynthio siue strictura:in quã desinit achaia icipiens:& p mare ægæum porrecta usq; in macedoniã & thessaliã:quã ut multi uolũt cũ oĩ boetia ĩtra suũ nomẽ includit extẽdit̃:dicta primũ attis ab atti filia græci successoris Cecropis a quo & græci sic quoꝙ cognominati fuerũt.Deide ab Hellene pyrræ & Deucaliõis filio dicta fuit hellas: qui teste Solino in thessalia natus ẽ:quo regæ ipsi græci hellenes dicti fuerũt.Nã teste Aristotile in secũdo metheoroꝝ:hellenes nunc sunt:q prius græci a græco rege dicti fuerũt:In hac regiõe fuit inclyta athenaꝝ ciuitas:cãpus marathon cũ oppido eiusdẽ noĩs athenis satis ꝓpinquo:memorãdus quoꝙ cruentissimis præliis ut in ea dictiõe uidebius mõtes teste Plinio bryleus ægialeus icarius hymettus Quin & sunium promontoriũ:duriscos: polyposter:ebrauroniõ:saxa scyronia athenis propinqua & ut multi ferunt mõs aracynthus:ut ĩ ea dictiõe uidimus:nec lõge ab athẽis argos oppidum quod Bacchus ipe cõdidit:& plura alia q̃ lõgũ eẽt nũerare at uero ab atti regio ipsa attica dcã ẽ & atticus:ĩcola qn & attius q̃ oĩa cũ duplicato.t.scribẽda sunt Vir.li.geor.iiii.attias orithia:& similiter oĩa descẽdẽtia cũ gemĩato.t.scribi debẽt:& nõ.c.ante.t.ut attæus.Vir.ĩ alexi.amphyõ dircæus ĩ attæo aracitho Similiter Leãder & boreã: q rapuit Orythiã dixit apud Oui.xvii.heroidũ:Tã gelidus cũ sis nõ te tamen improbe quondam ignibus attæis in caluisse negas.Nã cũ.c.aut.t.scribatur:denotat montem leucadium:qui actius dicitur:ut Sappho: actæum populi leucadiũq; uocãt:& in eadem epistola: Cur nõ actiacas miseram me mittis ad horas qđ cum .c.ante.t.scribit̃:Similiter Virg.lib.ænei.iii.actiaq; iliacis celebramus littora palmis. Et circa finẽ lib. octaui:actius hæc cernens arcũ intendebat Apollo at uerbum atticiso:quia atti descendit:cum duplici.t.scribitur:ut Plautus.Non atticissat: sed sicilissat:& inde atticismus:ut Quint.in primo de oratoria institutiõe:In primis ĩquit copiam uerboꝝ: quorum in tragœdiis grauitas:in comœdiis elegãtias & quidam uelut atticismus: inueniri potest. Et ut quidã putant ẽt attilius ide deducitur qđ si sic esset:cum duplici.t.scribendum erit.

Auctor cũ.au.diphthongo &.ct.exilibus scribitur a uerbo græco:qđ ẽ ποιω originẽ p significatiõem ducere uoluerũt:ita ut poeta:seu ut dicã factor sit. Nam factor in usu non est:nisi in qbusdã.e. græco trãslatis ut factorem cæli & terræ:ubi habẽt ποιητω:hoc ẽ poetã:at nos poetas cæterosq; operũ cõditores auctores uocamus.Et ille qui fecit aliquod opus:q ægit bellũ aut pacem auctorẽ operis & auctorẽ belli aut pacis dicius.Itẽ & hoiem in quo est ius:potestas dignitas.Vnde auctoritas dicta est Liuius:Decreuerũt.n.ut cũ populus regẽ iussisset.Id sic ratum esset si patres auctores fierent:hoc est auctoritatẽ:ut aiũt suã & decretum iterponerent: natum haberent:atq; ratificarẽt siue cõprobarẽt. Et alibi: maiores nostri nullã ne priuatã qdẽ rẽ agere fœminas sine auctore uoluerũt.Vocanturq; ẽt auctores pupillorꝝ:in quoꝝ administratiõe infirma ætas resq; eius sunt.Ideoq; filios regũ pupillos sub auctoribus fuisse legius.Paulus iurisconsultus.Etiã si non iterrogatus tutor auctor fiat: ualet auctoritas eius:cũ se probare dicit id q; agit̃:hoc est.n.auctorẽ fieri.Quare auctores snĩæ alicuiusq; consilii uocantur hi quoꝝ snĩam consiliũq; secuti sumus. Et duces militum auctores uocabantur. Vnde auctoritate obligare est & subiectum facere:Sed q̃rit Seruius super donati artẽ auctor utrum p se an de uerbo oriatur.Et respõdit ĩ hæc uerba dicens.Sed est sciendũ q; a se nascit̃. Nã illud qđ est augeo:nenos deducat qđ inde ueniat:aliud.n.est augere aliud auctorem esse:hæc ille: Quid quod auctorem nullo pacto dicere possumus auctorẽ.Nã auctor sine.u.littera ab ago descẽdit: Et dicitur orator qui agit cãm qq; gestũ uultus & corporis agit: unde oratio ab ipsa ꝓnũciatiõe dicta ẽ.Qui & oro scripta actio ẽ appellata.Itẽ comœdus & tragœdus.i. histrio.qui agit gestus in scæna & q; huic generi simillimum ẽ:qui agit attelanas: & minus omnis auctor uocari põt.Et partes comœdie actus dicũt.

Auctoratũ cũ.au.diphthongo &.ct.exilibus scribit̃ ab auctorare descendit:significatq; obligatum & subiectum.Liui.li.xlvi.ab urbe signo inqt suo impressas tabellas misit:& uero pignore uelut auctoratũ sibi ꝓditorẽ iratus ẽ.i.obligatũ & subiectum. Valerius Maximus li.ix.auctorato ĩquit sociis officio.Sueto.li.iii.deligẽdo uel auctorãdo milite:ac legionũ:& auxiliorꝝ descriptione.

Auctoramentũ similiter scribit̃:& ab auctorãdo mi

litẽ deducit. Nã q̃si obligationẽ nexumq; : uel q̃si stipendiũ quoddã:& p̃cium cuiusdam militiæ ac pugnæ actiõesq; designare uidet. Qui. Nec difficilem sane sub illo p̃sertim auctoramento habuisset missionẽ. sed uoluit gladiator uiuere. Cice. Quoꝝ ipsa merces auctoramentum seruitutis est. Seneca lib. vii. epistolaꝝ. Nullũ sine auctoraméto malum ẽ: auaritia pecunia ꝓmittit: luxurias uarias uoluptates: ambitio purpurã & plausum: & ex hoc potẽtiam: & quicquid potentia potest: mercede teuitia sollicitant.

Auctio cũ. ct. exilibus &. i. latio scribit: & latinâ hẽre deriuationẽ: ac magis ab augeo: q̃ ac auctorãdo deduci existio. Nã uẽditio q̃dã ẽ in publico ac loco celebri: q̃ p̃ incrementũ p̃cii: hoc ẽ plus offerẽtis fieri uidebat. Et hinc auctionari uẽdere dicebat: qđ publice & sub hasta p augmẽtũ p̃cii uendebat: nec hoc mõ ea uẽdi dicebat: q̃ ad usum uidebãt sed q̃ ad alios usus: Nec fere nisi q̃ penes aliũ i usu fuerũt.

Augias cũ. i. latino scribit: i quod ei diphthõgus cõuersa fuit: & fuit teste Home. li. xi. iliados epiorum rex siue elidensium: qui bellum gessit cum Neleo piliorum rege.

Aula cũ. au. diphthõgo scribit trãsferẽ a nris atriũ: at aula ꝓ olla Plauto uetustissimisq; relinqmus.

Aulæa cũ. æ. diphthongo i penulti. scribit: uelamia sunt de picturis intexta: q̃ primũ i aula attali regis asiæ q populum romanũ heredem scripsit iuenta sunt. Virg. lib. geor. iii. purpurea intexti tollant aulæa britanni. Vnde ab αυλη: quod est aula nomen assumpsere.

Aulis cũ. au. diphthõgo &. i. latio scribit: nõ ẽ ĩsula: ut ignari qdã putãt. Sed teste Strabo. approbatissimo historico ĩter græcos regiũcula est boetiæ petrosa: & ciuitas eiusdẽ nois. iuxta quã portus est qn gẽtaꝝ nauiũ capax Euripo Chalcidico ꝓxius. Idẽ inuere uidẽt Home. lib. ilia. ii. Plin. ẽt lib. iiii. natu. histo. ubi de ĩsulis maris ægæi atq; ipsa Euboia ptractat ĩqt ex aduerso icõtinẽti aulis ẽ & agẽdo de boetia i ipsis ĩqt faucibus Euripi: quẽ facit euboica obiecta ĩsula ausis nobilis est portus: quẽ boetii antiqtus dixere hyamas. Idẽ Pomp. cõfirmauit dicas aulis agaméñoniæ grauiorũq; classis i Troiã cũ iurantiũ statio. Vnde boetiæ portus dr̃: i q̃bus detẽte fuerũt grauioꝝ naues: dicẽte Ouidio lib. meta. xii.

Nec dilata foret uindicta nisi æquora sæui,
In uia fecissent uenti: boetaq; tellus:
Aulide piscosa puppes tenuissẽt ituras.

In eo loco cõiurauerũt græci: nõ ante reuersuri: q̃ ilion caperẽt: ut Dido ad æneam apud Virg. libro æneidos. iiii. Non ego cum danais troianam excindere gentem aulide iuraui.

Auras cũ. au. diphthongo sequẽte. r. scribit fluuius est teste Herodoto lib. histori. iiii. grandis ab æmo descendens: & in Istrum defluens.

Augꝝ cũ. au. diphthõgo scribit: græcũ eẽ quidã putant. Nã teste festo Hippocrates medicus ab inuentore cognominatũ illã putauit: quẽ uocitatũ dixit αυριον: & ide thestaurus. Qui uero latinũ uolunt a similitudine coloris aurore nomẽ traxisse existimãt: alii uero ab aura. i. splendore teste Seruio sup. vi. æne. dictũ putãt: dicẽte Vir. Discolor unde auri ꝓ ramos aura refulsit. i. splendor. Et Hora. tua ne tradet aura maritos. hoc ẽ splendor: Nõnulli uero qa mentem hoium auertat.

Auchisæ cũ. ch. aspirato &. i. latio scribit: populi sũt i libia ultra barcaeos. iuxta quos uersus mar̃ sunt bacules. ut ostendit Herodotus lib. iiii. histo.

Autocanes abq; aliqua aspiratione scribit: mõs ponitur ab Homero in hymnis.

Autonoe cũ. t. exili &. oe. diuisis literis in fine scribitur. fuit Cadmi thebarũ regis filia ex Hermione cõiuge: ut scribit Hesiodus in theogonia: & Ouid. lib. metamor. iii.

Automedõ cũ. au. diphtõgo in prima &. t. exili seqẽte. o. scribit: nõnulli uero ex nostris loco ipsius. o. ponũt. u. & dicũt autumedõ: fuit achillis armiger seu auriga: ut Vir. li. æne. ii. Et quoꝝ agitatur achillis armiger automedõ: idẽ Ouid. li. i. de arte nũ qd achillios ĩter fera ꝓlia fida. Deseruit leuitas: automedõtis equos: a quo id quoq; tractũ ẽ. ut cũ aliquẽ aurigã assignare cupimus: atq; ĩsigni arte adnotare ob illius excellẽtiã automedontis noie uocitemus. Quare Iuue. in prima satyra cũ de illo loquæret. Qui bona donauit p̃sepibus: & caret omni maioꝝ censu ait. dũ puolat axe citato. Flaminiã puer automedõ: nã lora tenebat: hoc ẽ æquale automedonti ostendebat se habere aurigã.

Autolyeus abs q; aliqua aspiratiõe & unico. l. atq; y. græco scribit: fuit uir græcus ex eleone urbæ boetiæ de quo Home. lib. x. iliados meminit.

Axylus cum. y. græco & unico. l. scribit hẽtq; apud græcos accẽtũ i pria fuit phryx ex ciuitate arisbe filius teuthranidis: hic teste Ho. li. vi. ilia. fuit homo ꝓ quã beatus oibus q̃ ad uictũ mortaliũ ptinẽt: & in ĩsigni arisbe agẽs oẽs: q illac ĩter ĩgrediebant: q̃ erat beniuolentia hũanitate clemẽtia excipiebat: q cũ a Diomede in bello Troiano ĩterficeret: nemo succurens qui ab atroci eum morte potuit eripere.

Axiochus cũ. i. latio &. ch. aspirato scribit: nomẽ fuit philosophi: cui Plato librũ de morte inscripsit.

Axis cũ. i. latino a nobis scribit: a græcis uero αξον dr̃: & proprie ea linea q̃ ab uno mũdi polo i alterũ tendit: ad cuius similitudinem stipes ille teres circa quẽ tota currus uertit axis dr̃. Vir. li. ge. iii. post ualido nitens sub põdere faginus axis. Nõnũq; uero & pro tota rheda uel curru positũ cõperit ut Iuuena. in satyra Crispini: Dignus aricinos q mendicaret ad axes: ideſt ad currus Aritiã uel aricina nemora adeũtes: aliquãdo ãt & pro septẽtrionali polo positum fuit: uel ut ait festus ꝓ septẽtriõali parte cæli. Vir. li. geo. ii. Quæ terga obuerterit axi. i. septẽtrioni: Quin & pro ipso cælo absolute idẽ poeta nõnunq; posuit. ut lib. iiii. æneidos cũ ait. Vltius ætiopum locus est: ubi maximus atlas axem humero torquet. i. cælum sustinet: qn & teste Festo tabula sectilis axis appellatur.

Axius cũ. i. latio scribit: dr̃ ab homero lib. iliados secundo fluuius αυκαλλιστον υδωρ: hoc est cuius pulcherrima ẽ aqua. Nam ut ait licet spaciosus sit: tamen usq; ad imum est lucidissimus: ut nullus in toto orbe terraꝝ sit speciosior: Hic teste Herodoto libro historiaꝝ septimo per omnẽ. Mygdoniã quæ pars est Macedoniæ profluens iuxta Chale/

ſtram urbem in mare ægæum cadit.

Azymus cū.z.cōſonāte &.y.græco ſcribīt: id apud nos dī:qđ ſine fermēto.Nā cōponīt ex a quod eſt ſine:& ζυμη fermentum.

Axyris cū.i.latino utrobiq; ſcribīt:palus ē ī libya.

Axotus cū.t.exili ſcribīt:urbs fuit Syriæ.

Babylon cū.y.græco & unico.l.ſcribitur: nomē eſt urbis in Chaldæa:de qua Lucanus:cumq; ſuperba foret babylon ſpoliā da trophæis. Hæc adeo nobilis fuit: ut Chaldæam toram:& Meſopotamiam a ſe babyloniam dixerit quæ ſimili modo & in penultima cū .i.latino ſcribitur.Hanc oēs græci & latini hiſtorici pariter & poetæ a Semyramide regina conditā referūt dicente Ouidio.li.met.iiii.Vbi dī altā Coctilibus muris cīxiſſe Semiramis urbē:de quo ī dictione Semiramis plene uidebimus: huius muri igīt teſte Phyloſtrato in uita apollonii tyanei trecētorum & octoginta ſtudiorum circuitum detinebant.Plinius uero libro hiſtoriæ naturalis ſextum murorum dixit amplitudinem fuiſſe ſexagintaq̄tuor milium paſſuum:croſſitudinem quinquagīta cubitorum. Altitudinem uero quater tantum itaq; fuit mœnibus ac hortis penſilibus: temploq; & arce maxime admirabilis.

Bacchus prīa deſinit in.c.exili & ultīa cū.th. aſpirato ſcribīt:fuit Iouis filius ex Semele Cadmi filia: ut poetæ oēs atteſtanī:de quo Ouidio.li.metamorphoſeos tertio plene omnia pertractauit:& ut græci quidā grāmatici dicunt deriuatur a βακχεύω: quod eſt furo uel inſanio.Hic primus indiam ſubiecit:& primus apud græcos docuit uini uſum: ut teſtis ē Capella libro de nuptiis Mercurii. Quam obrē teſte Feſto illi a poetis cornua danī:eo q; homines nimio uīo truces fiāt.Vnde Sapho ad Phaonem ait:accedant capiti cornua Bacchus eris.Quī & p haſta thyrſum ferratū tecta cuſpide pampino illum ferre dicebant:ut Seneca in Hercule furēte.

Adſit Licurgi domitor:& rubri maris,
Tectā uirēti cuſpidem thirſo gerens:de quibus latius in dictione Dionyſius uidebimus.Quin & illius currum trahi a tigribus dicūt:dicente Statio:

Promouet effrenæ dextra leuaq; ſequuntur,
Lynces uda mero lābū retīacula tigres. Nonnunq̄ uero & muliebri hītu ornaſſe ſe illi ferūt dicēte Se.

Non erubeſcit Bacchus fuſos tener.
Sperſiſſe crines:nec manu molli lenem.
Vibrare thyrſum cum paruum forti gradu.
Auro decorum ſyma barbaricum trahit.

Poſt multa uirtus opera laxari ſolet: Et ut teſtis ē Plinius lib.vii.natu.hiſto.Emere ac uēdere īſtituit Liber pater.Oīa igīt deſcendētia a Baccho ſimiliter cum duplici.c.& ſecundo aſpirato ſcribunt: ut bacchicus.Ouidius libro prīo triſtiū: Deme meis hederas bacchica ſerra comis: Eodem modo bacchaides:quod etiā cū.i.latino ſcribitur: ut idem libro quinto eiuſdem operis: Et me bacchaides iudice falſus erat.Simili mō bacchides & bacchilides ſcribunt:a Baccho at baccha pro grāulo ut ſupra uidimus latinū ē:& cū duplici.c.abſq; aliq̄ aſpiratiōe ſcribīt:& inde baccatū ſine aſpiratiōe:qđ diuerſas habet baccas. Virgi.lib.æneidos prīo Collo

que monile Baccatum.Quod ſi a Baccho trahat cū.ch.aſpirato ſcribendum ē:ut eſt id Virgilii libro æneidos tertio. Bacchatamq; iugis Naxon uiridē que Donyſam:& uerbum bacchor: ut idem li.iiii. eiuſdem poematis.Sæuit inops animi:totamq; incenſa per urbem Bacchatur.

Bacchanalia cū duplici.c.& ſecūdo aſpirato ſcribīt & a Baccho deducitur.Nā ſacra quædā bacchi dicta fuerūt:q̄ teſte Liuio libro.viii.de bello macedonico huiuſcemodi fuere.Græcus ignobilis in Heturiā primū uenit ſacrificulus & uates.Sed occultorum ſacrorum initia primo paucis fuerūt tradita uiris & mulieribus:& fuerūt additæ uoluptates meri & epulæ:ut multorum animi allicerentur. Cūq; uinū aīos:nos:& mixtæ uiris fœmīæ ætatis teneræ omnem pudorē extīxiſſet: corruptelæ oīs generis fiebāt.Sicq; ſtupra īgenuorūq; & fœminarū ꝓmiſcua in his ſacris erant multa dolo:ſed ꝓ uī plurima parabant.Hæc religio uerius morbus peſtifer Romā ab Hetruria penetrauit:cuius facinora fuerūt aliquādiu tacita.Tandē noticia eius facinoris ad poſthumū conſulē p.P. Ebutiū adoleſcētē:& Ebutiā fœīam hiſpaniā deuenit ꝓ modū: qui late a Liuio in præfato libro narratur. Vnde dixit Iuuena.Qui curios ſimulant:& baccanalia uiuūt: fuerūt nanq; ſacra Bacchi orgia & trieterica:de q; bus in ſuis dictionibus uidebimus. Sacrificabatur Baccho caper: quia maxime uitibus capra nocet ut late monſtrauit.Virgilius libro georgicorū ſecundo.Erat etiam illi uanus conſecrata: ut Virgilius libro georgico.ꝛ primo.Et miſtica uannus lacho.Eo q; illius ſacra teſte Seruio ad animoꝝ purgationē pertinabāt:quod per uannum deſignabatur:quo fruges purgabantur.

Bacchiadæ cū duplicato.c.& ſecūdo aſpirato:atq;.i. latino ſcribīt:dicti fuerūt q e Corintho effecti exules ī Siciliā deuenerunt:& urbē inter Epichinnū & pelorum edificantes ſiculi facti ſunt. quibus dixit Ouidius lib.metamorpho.quīto:cum Plutonis iter deſcriberet Proſerpinam deferentis

Et qua bacchaide bimari genus orta corintho
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Bacchius eodē mō ſcribīt genus ē pedis:quo in carminibus ſacroꝝ bacchi utebant.Conſtatq; ex prima breui & duabus ſequentibus lōgis:ut Hora.in primo carminū: Lydia dic per oēs qui uerſiculos conſtant ex coriambo & bacchio.

Bactrius cum.ct.exilibus &.i.lacino ſcribitur: fluuius eſt ſcytharum: a quo populi quidam circa illū inhabitantes teſte Hero.libro hiſto.vii. bactriani dicunt.Et in bactria ī plurali nūero prouincia dī.

Bactra cum.ct. ſimplicibus ſcribitur:prouincia eſt Scythiæ ultra Aſſyriā a flumine bactrio cognomīnata:eſtq; generis neutri & nūeri pluralis:ut Virgi.geo.iii.Neq; bactra:neq; īdi laudibꝫ italiæ certēt.

Bactriani cum.ct.exilibus ſcribitur:populi ſunt teſte Hero.lib.hiſto.Aſiæ:ſcythis propinqui. Quos Curtius dixit bellicoſos plurimum:& aſſuetos uiuere rapto:quare perſarum luſus abominantes ſpueſebantur in armis.

Bacales cū unico.c.exili & unico.l.ſcribitur: populi ſunt teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ quarto par/

ui i Libia auſchiſis cõtermini:iuxta maſ habitãtes
Bænacus cũ æ.diphthõgo &.c.exili a græcis ſcribitur:lacus eſt Galliæ ciſalpinæ i agro ueronẽſi iter arctas montium fauces poſitus:adeo ut inter illos impetu coacti uẽti lacum more maris exagitẽt:dicente Virg.lib.geor.ſecũdo: Fluctibus & fremitu aſſurgens bænace marino.Cuius Maior lõgitudo in trigita duo militaria extẽditur:latitudo ad plus ſexdecim:& ad ſex minus,ptenſa eſt.Ex hoc mantuanus locus exoriſ:ex quo Mincius fluuius uirgilianus decurrit in padum.
Bagæus cum.æ.diphthongo in penultima ſcribiſ: nomen fuit uiri:cuius aſtu Oroetes ſardium præfectus trucidatus fuit:ut in ea dictiõe uidebimus.
Baiæ cũ.i.latino ſcribiſ:ciuitas fuit Campaniæ inter puteolos & mõtem Miſeni:ſecus cãpanũ mare ſita,ſic quoq; cognominata teſte Seruio ſuper tertio & ſexto æneidos a baio Vlyxis ſocio illic ſepulto.Fuitq; olim 'hæc urbs temperiæ aeris:& romanoꝝ frequentia atq; ornamentis edificiorum celeberima:dicente Martiale ad Flaccum.
Vt mille laudem Flacce uerſibus baias.
Laudabo digne:non tamen ſatis baias.
Balena cũ unico.l.&.e.abſq; diphthongo a nr̃is ſcribiſ:a græcis uero loco.p.ponit.ph.aſpiratũ:ac dicitur phalena:quaſi cõſpicua.Nam ut uidimus ſæpe.p.in.ob uicinitatẽ litteraꝝ cõmutamus aſpirationem nõnunq; a.p.abiicimus:bælua eſt marina: q̃ ad magnitudinem immenſam excreſcit.
Baliſta a qbuſdam ex noſtris cũ unico.l.ſcribitur: ſed qa prima ẽt apud noſtros longa eſt:& a græcis ſemper cum duplici.l.ſignaſ:uideſ apud nos etiã cũ duplicato.l.ſcribi debere.Nã a βαλλω uerbo græco quod latinæ eſt iacio deducitur.Et a græcis pro torméto cõcutiente muros accipiſ.Quod & poetæ noſtri obſeruauere.Ouid.lib.prio de triſtibus:Quã graue baliſtæ mœnia pulſat onus: & li.xi.metamor.Nã leuius pulſat ſonat,q̃ ferreus oli.
Cũ laceras aries:baliſtaq; concutit arcu:Luca.uero pro iſtrumẽto haſtã quãdam iaciẽte accæpiſſe uſ cum ait:Neq; enim ſolis excuſſa lacertis:
Lancea:ſed tenſo baliſtæ turbine rapta.
Haud unum contenta latus tranſire quieſcit:Sane græci in ultima.r.unum addunt:& dicũt baliſtrã: quod noſtri forte ob dulciorem apud nos ſonum abiecerunt.
Baleares inſulæ cũ unico.l.ſcribiſ:eo qđ apud poetas noſtros primã ea dictio corripiat.Vir.lib.prio geor.Stupea torquentem balearis uerbera fundæ. unde putant nonnulli Virgiliũ eius deriuatiõem traxiſſe magis a baleo Herculis cõite.quæ dictio cũ unico.l.ſcribiſ:& q teſte Liuio lib.xl.ibidem ab hercule derelictus fuit:cũ ad Gerionẽ nauigaſſet q̃ a βαλω:qđ ẽ iacio:q; primã ,pducit:a quo etiã ut alii uolũt p ablationẽ uniꝰ.l.deduci potuit.Nam ſunt iſulæ in hiſpanico mari ſitæ:quaꝝ icolas primitus fundaꝝ uſum cõperiſſe dixit Vegetius lib. primo de re militari:& ita perite exercuiſſe:ut matres paruos filios nullũ cibũ cõtingere ſinerẽt: niſi quẽ ex funda deſtiato lapide pcuſſiſſent.Quo ſolo tælo:ut dixit Liuius libro octauo de ſecũdo bello punico ſemper uſi ſunt uſq; ad id bellum.
Balſamũ cũ unico.m.ſcribiſ:arbuſcula ſola eſt iter arbores neutri generis,uiti ſimilior,q̃ myrto:ut dixit Pli.li.xii.natu.hiſto.Nã ut ait maleolis ſeriſ: & iplet colles uineaꝝ:mõ incidiſ uitrea lapideo oſſe is ue cultellis:ferto lædunſ uitalia.Idẽ prius dixerat.Oibus odoribus p̃fertur balſamũ unũ terraꝝ i deæ cõceſſum:quõdã iduobus tamẽ hortis utroque regio.Altero iugeꝝ uigiti nõ amplius.Altero pauciogꝝ oſtẽdẽte arbuſtũ.Et ſubdit:Nũc hæc arbor tributa pẽdit cũ ſua gente.Sane huius ſuccus opobalſamũ dicitur miri odoris:& uirtutis:quaſi οπος.i.ſuccus balſami.Cuius teſte Pli.ſumma ẽ,p batio ut lac coagulet:& i ueſte maculas non faciat xilobalſamũ uero dr̃ eius arboris lignũ.Nã ξυλον græce latie lignũ dr̃:At carpobalſamũ eius dr̃: arboris fructus.Nã καρπος græce latie fructus dr̃.
Bambacium apud antiquos quoſdã græcos comperi:quin & bambiciũ cũ.c.exili &.i.utrobiq;: qđ ex ſonu eius inſtrumenti:quo conficitur: nomen deductum puto.
Baptiſmus & baptiſma utrũq; apud noſtros cõperitur cum.p.&.t.exilibus:atq; in latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris immerſio uel inſtinctio.Nam deriuatur a uerbo βαπτιζω,quod eſt mergo.
Barce cũ.e.exili ſcribitur:fuit nutrix Sichæi: dicente Virgilio libro æneidos quarto. Tum breuiter Barcẽ Neutricẽ affata Sichæi.Fuit etiam eodẽ nomine regina quædã libyæ:a qua ciuitas quædam Pentapoleos nomen ſortita fuit.
Barcæi cũ.c.exili:&.æ.diphthõgo ſcribiſ in penul. populi ſunt teſte Seruio ſup.iiii.ænei.,ppĩqui Carthagini.Vibius uero dixit illos mauroꝝ eẽ populos i aphrica de qbus Virg.Lateq; furentes Barcæi & ut puto a Barce uel nutrice Sichei: uel alia quæ regina fuit cognominati.Vnde Hamilchar carthaginenſis Barca cum.c.ſimplici cognominatur.
Barathꝝ cũ.th.aſpirato ſcribiſ.ponit̃ ,p loco p̃cipiti:& iferno:unde emergi nõ poſſit.Nã deduciſ ab eo qđ eſt βαθυ:ideſt,pfundũ.Vnde iuppiter apud Home.circa initiũ lib.octaui iliados cũ cõminatur illi deoꝝ qui ſibi iobediẽs fuerit inqt illum in atrũ:& tam procul hic poſitũ deiiciam tartaꝝ:ubi ſubter ima terraꝝ cũ ferreis portis atq; æreis foribus altiſſimũ baratꝝ eſt:tanta in ifernũ profunditate demerſum:quanta eſt a cælo in terram.
Barbarus cũ.b.tã in ſecũda q̃ in prima ſcribitur: is diciſ q inepte loquiſ.Vnde Sophocles in Electra: την βαρβαρον σαγλωσσαν κεκραιο.Et inde barbaricus cũ.c.ſimplici.ut Virg.lib.ii. æneidos.
Barbarico poſtes aulo ſpoliiſq; ſuperbi.Deducitur etiam inde barbariſmus.
Barbariſmus cum.i.latino ſcribiſ:& a barbaro deducit̃.Nã uitiũ eſt qđ in ſingulis uerbis cõmittiſ ſcribẽdo.ſ.aut loquẽdo.Nã qđ male ſcribitur male etiã dici neceſſe eſt.Non autẽ cõtra quæ uitioſe dixeris & ſcripto peccant,peccamus eni ſcribendo loquẽdo adiectione:detractione: tranſmutatione litterarum uel ſyllarum: complectione diuiſione aſpiratione:ſono & ſimilibus.
Barhiton cum.i.latino &.c.exili ſcribitur genus eſt quoddam inſtrumenti muſici:& p̃cipue lyricis q̃ aptiſſimũ tu ſcripſit Iulius pollux ad cõmodũ.Cæ

sarē in libro de uocabulis rerum quod solū ex nominibus desinentibus in on habemus fœminini generis, Sappho ad Phaonem.

Non facit ad lachrymas barbiton ulla meas.

Barrhus cum duplicato, r, & secundo aspirato scribit: cōperi apud græcos positū ꝑ elephāto: a cuius ossis similitudine dētes barrhos nonnulli dixere: Horatius: Quid tibi uis mulier nigris dignissima barrhis: Et ide barrhire: & ebur tractū qdā uolūt.

Basis cum unico, s, & i. latino scribitur: dici potest a nostris substentamentum.

Basileus cum, i. latino & uno, l, atq; eu. diphthongo scribitur: dicitur a nostris quasi basis λαου: idest substentamentum populi.

Basiliscus cū. i. latino utrobiq; & unico, l, atq; c, exili scribitur: dicit a nostris regulus, Nā diminutiuū ē eius quod diximus basileus, Quo sane noīe serpentis genus quoddā pessimum cognominat: q teste Plinio libro, viii, natu, histo, habitat in solitudinibus Aphricæ cū cādida ī capite macula: uelut quodam diademate adornatus: acutissimum habet caput: rubeos oculos: & colorē ad nigredinē uergentem, Est malum singulare in terris: de quo multa Lucanus: in nono: ubi hæc etiam ait,

Sibilaq; effundens cunctas terentia pestes.
Ante uenena nocens late sibi summouet omne,
Vulgus & in uacua regnat basilicus arena,

Bassarides cum duplicato, s, & .i. latino scribitur, ut apud antiq̄ssimū quēdā cōperi: dictæ sunt bacchæ mulsariæ: q̄ sane expositio præ cæteris: quas audiuerim placuit, Et cōformis uidet ei: qđ dixit Persius. Et raptum titulo caput ablatura supbo bassaris. Nam finxisse: uidetur poeta ille Agauē ablatura caput Pentheo: tanq̄ uitulo superbo & fastidienti sacra bacchi: licet alii ēt aliter finxerint.

Bastarnæ cū. t, exili scribit: populi erāt ultra Danubiū: qa Persæ philippi Macedoniæ regis filio solli citati trāsire flumen glacie constratū inextimabili equoꝝ agmine hoiumq; multitudine una īprouide ꝓcederet: enormitate ponderis & concussione pedū dissoluta flumis supficie oēs pene summersi sunt: paucis ī utraq; ripa testantibus, His cōterminī sunt rhoxolāi: unde in triumphalibus Titi Plautii apud Tybur scriptū habet: Regibus bastarnoꝝ & rhoxolanoꝝ filios hostibus ereptos remisit.

Bathani cū, th. aspirato scribit & deriuat a βαθυς: quod apud nos altū seu ꝓfundū dicit: populi sunt germanoꝝ: de qbus Lucanus: bathani truces quos ære recuruo Stridentes acuere rubæ.

Bartachus cū. ch, aspirato scribit: dicit a nostris rara. & fuit nomē sculptoris propriū: ut ostēdit Plinius libro trigesimo sexto.

Batrachomyomachia cum, t, simplici & .ch, aspirato utrobiq;: & cū .y, græco nisi in penultima: quæ cū, i, latino scribit: dicit ranaꝝ murumq; pugna, Nam cōponit ex βατραχοϛ idest ranaꝝ & μυων idest murum: & μαχια bellum.

Batyllus cum, th, aspirato &, y, græco atq; duplicato, l, scribit, Nā diminutiuum est a βαθυς: quod est altū seu ꝓfundum: fuit nomen adolescentis samii quē Anacreō poeta teius ardēter amauit, ut in dictiōe Anacreon uidimus fuit ioculator & saltator ut, Iuuenalis: Molli saltante bathyllo,

Batus cum unico, t, exili scribit: fuit teste Herodo, lib, historiaꝝ, iiii, filius Cyrni regis insulæ therāni Aristeus suo nomine dictus: sed Batus teste. Iustino circa finem lib, xiii, propter lingue obligationē cognominatus, Hic postea cyrenē urbē ædificauit in Libya: ut uidebimus in dictiōe Cyrene. Herodotus uero putat Batū dictum hoc est regem. qa sic ut ait lingua libyca, rex cognominatur.

Batius cū duplici, t, exili scribit fuit hoc noīe uocatur pastor qdam: qui ut fingit Theocritus cū iuuē cos oleas corrodētes fugare uoluisset: & paulo inconsiderātius per quēdā excurrisset collē parua spina in eius talū defixa fuit, Quare dolore percitus sociū: cui Corydon nomen erat acclamauit: ut sibi spinā euelleret: quā cum intētis oculis uix ille ꝓspiceret: ac summis unguibus elicuisset: his uerbis cū admiratiōe batto mōstrauit οσσιχονέρι τοτυτα και αλικοναν δρα δαμασθει: hoc é q̄ parua q dē spina tā robustū uiꝝ domat: melius id græce, sed sat sit sententiam explicasse, Nā per id pulchre nos admirabilis poeta annotauit, Robusta corpora ualidaq; uires habentia: q̄ paruo leuiq; ictu frāgerentur, Qua de re sapientissime Homerus nihil homine imbecillus nutrire terram asseruauit alter Battus fuit similiter pastor, Et ab Ouidio libro metamor, secundo transformatur in indicem idest lapidem: quo discernuntur gradus auri & argenti.

Bdellū cū, d, Post, b, & duplici, l, scribit atq; i. latino. est teste Pli, li, xii, natu, histo, arbor nigra: magnitudīe oleæ: folio uero & roboresimilis caprifici. Hæc ut ait in bactrianis nominatissima nascitur.

Bebrycia antepenultima cū, y, græco: & penultima cum, c, exili & .i. latino scribitur: regio est. quæ postea dicta fuit Bithyma a Birhyno rege: ut testis ē solinus, Et est proxima troadi in introitu ad pontū & inde bebricius, Virg, li, æneiq̄nto locutus debute ait, Qui se bebricia uenīens amici de gente serebat, Et Lucanus libro sexto. Pinguis bebrycio dissessit uomere sulcus.

Bebryacum cū, y, græco &, c, exili scribit: fuit teste Corne. Tacito uicus situs inter Veronā & Cremonam duabus romanis cladibus notus infaustusq; de quo meminit Iuue, ut uidebimus in dictiōe pathicus hodie uero dicitur labina.

Beliar cū unico, l, & .i. latīo scribit nomē ē dæmōis.

Belides cū unico, l, ab aliqbus a nōnullis uero græcoꝝ & latinoꝝ cū duplicato, l, & .i. latīo scribit: fuerūt q̄nq̄ginta ex diuersis uxoribus filiæ Danai filii: Beli: unde dcē sunt belides, Quas pr̄ Aegisthus cū parē filioꝝ nūeꝝ haberet: filiis suis in mr̄imoniū collocare uolebat. sed Danaus oraculi respōso exteritus: his ꝓrsus assentire nolebat, Nā respōderat Apollo danaū ip̄m manibus unius ex filiis Aegisthi: quē geneꝝ hēret occidendū ee: sed pene ad hæc matrimonia cōficienda coactus: filias in hunc modū subornauit: ut cū ad uiroꝝ thalamos acce derent: absconsos gladios secum deportarēt: & uiros suos ea prima nocte interficerent, Quos utiq; oēs excepta mīore natu hipmestra iterfecerūt: q̄ lino uiro suo miserta pepcit: A quo tractu tpis Da

naus ipse detrũcatus fuit:de q̃bus iuuena ī satyra. Credo pudicitiã meminit:quando dixit.Occurrẽt multæ tibi belides:& sic ip̃am pẽultimã corripit.

Bellona cũ duplicato.l.scribit dicebat dea belli: & martis soror:quã qdã.Palladẽ fuisse asserũt: cui ex proprio sanguine sacerdotes sacrificabãt: ut dixit Lactantius lib.primo institutionum. Quod Lucanus similiter libro primo tetigit cum ait:Tũ quos sectis bellona lacertis Sæua mouet ceciere deos Et Iuuena.in satyra Crispini Sed ut phanaticus æstro Percussus bellona tuo diuinat.Ante huius templũ ut dixit Festus Romæ collumella erat: quæ belli/ca dicebat.super quam hastã iacebant:cum bellũ ī dicebatur.Nam ab illa uocabulũ bellũ dictionum quidam putãt.Et dicitur bellum teste Seruio sup octauo æneidos:tempus oẽ: quo uel præparatur aliquid pugnæ necessariũ.uel quo pugna geritur prælium autem dicitur conflictus ipse bellorum.

Bellerophontes cũ duplicato.l.imediate subsequente.absq; diphthõgo.atq;.t.exili ī fine scribit hic teste Homero lib.iliados sexto: fuit Glauci regis Ephyre filius iclyto decore cõspicuus & uirrutis maxime.Sed adolescẽs Præto filio Abantis regno Ephyræ priuatus.ī uictoris regia iussu regis degebat.Cuius iclyta forma capta Sthenoboea Præti regis uxor:q̃ Homer.solus anteã uocat illũ de libidine requisiuit:pro cuius mercede regnũ cõiugis promitebat.Quod cum illa impetrare ab eo non posset:uerita ne regi eam ille criminaret:Præueniens Bellerophonte marito accusauit asserens eum sibi uim īferre uoluisse.At rex cum Bellerophontem diligeret:nec de illo suppliciũ:ipse sumere uelletiat Heuriem lyciorum regem & Sthenoboeæ patrẽ illũ transmisit cũ litteris idicãtibus uoluisse eum filiæ pudicitiam auferre.Qui cũ se de illo occulte uidicare uellet:diuersis eũ piculis ut chimæræ:& aliis uariis bellis obiecit:e q̃bus semp uictor & triũphator euadens:ultimo aduersum a amazones eius regnũ īfestãtes illũ misit:quas ille supatas ī suo termios redire coegit. Quãobrem Heuriestãtã Bellerophõtis uirtutẽ cõspiciẽs:non solũ ip̃m miseratus ẽ:sed Achimenẽ alteram filiam: & Sthenoboæ sororẽ cũ pte regni illi uxorẽ dedit. Quod postquã Stenoboea cognouit seipsam interemit. Quæ oia.Iuuen.tetigit in ea satyra:q̃ īcipit Omnibus in terris cum ait:Sed casto qd forma nocet:qd ꝓfuit immo Hippolyto graue propositum:quid Bellorophonti Erubuit nẽpe ceu fastidita repulsa Nec Sthenoboea minus q̃ crasso excãduit:& se cõcussere ambæ.Similiter Horati.in odis.Vt prœtũ mulier perfida credulum falsis impulerit Criminibus nimis casto Bellerophonti.

Berecyntus absq; aliqua aspiratione &.y. græco secundũ Seruium in nonum æneidos scribit:mõs ẽ & oppidũ Phrygiæ iuxta Sangarim fluuium: ubi magno cultu uenerabatur deorum mater: a quo frequẽter berecyntia ipsa uocata fuit.Et ut ait Seruius annotauerũt antiq differentiã iter hũc & mõtẽ Deli p detractionẽ aspirationis ab ultima.

Berecyntia cum.c.exili sequẽte.y.græco &.t. similiter nõ aspirato sequẽte.i.latino in penultima scribitur:cuius causam in præcedẽti dictiõe uidimus: fuit deum mater:sic a mõte Phrygiæ cognominata Oui.li.fa.iiii.Quod bene mutarit sedẽ berecyntia dixt:de q̃ late uidebimus ī dictione Cybele. At Cynthia cũ.th.aspirato scribit:quia a monte Deli sic quoq; cognominat:ut ī ea dictiõe uidebimus.

Bergomũ cũ.o.in penultima scribit: dictio est nec græca nec latina:sed barbara:opidũ est in Gallia cisalpina a gallis senonibus militibus Brẽni teste Polycrato condita quoꝝ lingua p id uocabulũ montana urbs designatur:unde bergomẽses ciues nuncupantur:Verum Pergamum cum.p.in initio & .a.in penultima scriptũ oppidũ fuit nobilissimũ in minori Asia regia Attali:& patria Gallieni. Vnde pergamẽ & nõ pergamenses dicti sunt ab hac ciuitate ob penuriã chartæ ab Attallo rege missa ẽ mẽbranaꝝ copia:quæ ab oppido pgamẽæ dicta sunt.

Berillus cũ.i.latino & duplicato.l. scribitur: genus est lapidis coloris pallidi & transpentis:de quo pocula fieri apud nobiles romanos ostendit Iuue. cũ ait in satyra.Si te ꝓpositi.Helia dũ crustas:& inæquales berillos:uel ob cælaturã: uel ob impositos lapides p̃ciosos.Nã byrrho ut multi gẽmas ad pocula transfert:ut idem poeta dixit.

Beronice cũ.i.latino &.e.exili scribit: fuit una Ptolomæi Philadelphi mater:cui a Philemone p̃fecto regis teste Pli.in.vii.natu histo.topathiũ importatũ fuit:quod illi mire placuit. Ex quo facta dein de fuit statua Arsinoæ Philadelphi uxori quattuor cubitoꝝ:& sacrata in delubro qd' aureũ cognominabat.Altera fuit eius Philadelphi filia:& soror Ptolomæi Euergetis:uxorq; Antiochi filii Seleuci primi.Aliã scribit memorãdã Iosephus filiã Herodis alterius Hero.regis iudeorum filii: & soror Agrippæ similiter iudeoꝝ regis:quã Titus Vespasiani filius teste Suetonio iucunde amauit: de qua Iuuenalis in satyra Credo pudicitiã tetigit cũ ait.

Grandia tollitur christalina maxima rursus.
Myrrhina:deide adamas notissimus:& beronices
In digito factus præciosior:hunc dedit olim

Barbarus in cestæ.i.Ptolomæus Dionysius Cleopatræ uxori suæ:qui deide ad Agrippam iudeorum regem deuolutus Beronicæ sorori datus fuit: unde pergit poeta.

Dedit hunc agrippa sorori:
Obseruãt ubi festa mero pede sabbata reges:
Et uetus ĩdulget senibus clæmẽtia portis. At eius rei historiam omnẽ late explicuit Iosephus de captiuitate iudaica libro Alia ponitur a Valerio de ultione.

Bessi cũ duplici.s.scribit:populi sunt:trachum teste Solino dextero latere Strymonẽ ĩcolentes usq; ad Mestũ amnẽ:qui Pãgæi radices circũfluit:de q̃bus Ouidius libro quarto de Tristibus ait.

Viuere q̃ miserũ est inter bessosq; getasq;
Illum qui populi semper in ore fuit.

Hos in quibusdam græcis codicibus bossos cum .o.& non cum.e.scriptos comperi.

Beta cũ.t.exili scribitur:nomẽ est secũde litteræ alphabeti græcorũ unde.Iuue.ī satyra plurima sunt fuscine ait:Hoc discũt oẽs ante alpha & beta puellæ.Vex & si hæc littera apud græcos uoce ipsius .u.nostri dũ cõsonãs est ꝓfert:tamen cũ apud nos

transferē:semp fere ī.b.nostrū cōmutamus. Non nūq̄ ēt & ī.u.cōsonās:ut βικιον uitia.& alia pauca Qui & oīa nomina litteraꝝ terminata in.a. cum .t.præcedenti habēt ipsum.t.exile.hoc est sine aspiratione significatum ut beta ita theta iota zita.

Bethys cū.e.absq̄ diphthōgo & .th.aspirato atq̄.y. græco scribitur:regio est Hispania:quæ a fluuio p illam decurrente nomen assumpsit.dicente Seneca in Medea.

Nomenq̄ terris qui dedit Bethys suis.
Hesperia pulsans maria lāguenti uado.Et fluuius ipse βηθυν:quod est profundum nomē assumpsit In hoc flumine lanas pulchro colore tingi ostēdit Martialis cum dixit.
Bethys oliuifera crinem redimite corona.
Aurea qui nitidis uellera tingis aquis.
Quod etiam Iuuenalis tetigit cū ait in satyra Natali Coruine dies.
Præcipitare uolens etiam pulcherrima uestem
Atq̄ alias:quarum geminosī graminis ipsum
Infecit natura pecus:sed & egregius fons.
Viribus occultis & Bethycus adiuuat aer.

Bethsaida cum.th.aspirato sequēte.s.&.i.latino scribitur:urbs fuit in Syria.

Betulus cū.t.exili & unico.l.scribit.Hispaniæ ē fluuius:cuius aq̄ ad ferī tēperamēta dicit q̄ aptissima.

Bianor cum.i.latino scribit:fuit teste Homero libro undecīo iliados unus ex troianis principibus: qui cum Oileo auriga ab agamēnone in bello interemptus fuit:alius fuit Tyberini regis tusci.& Mātonis fatidicæ:quæ Mantuam construxit:de quo Virgilius in Mœri:Namq̄ sepulchū incipit apparere Bianoris.Et dicitur Bianor quasi βια:idest uiolētia:αρβαρ uir.Hic idē dictus fuerat prius Oenus ut uidebimus in dictione Manto.

Bias cum.i.latino scribitur.fuit perinensis philosophus ex asia patre Teutamo natus.Hunc Satyrus septem reliqs sapiētibus prætulit.idē teste Laertio uir fuit totus regius.& ciuiū suoꝝ princeps quos diu aduersus periculis tutatus est.Sed tandem capra semel patria:cum fugiētibus cūctis onustis sarcinulis præciosarum rerum suarum:& ipse īterrogaretur cur ex bonis suis solus nihil ferret? respondit oīa bona mea mecum porto.post hæc usq̄ ad īteritum suū defendēdo amicos aduocauit: Et cū iā decrepitus pro clientulo aduocasset: fessusq̄ caput in nepotis filiæ gremiū declinasset expirauit.

Byblesia prima cum.græco & penultima cum.i.latino scribitur:urbs fuit in Asia.

Bibliotheca cū.i.latino utrobiq̄ &.th.aspirato scribit:atq̄.e.exili dici:p̄t a nostris librorꝝ repositorꝝ .i.βιβλιων:quod est librorꝝ θηκη repositoriū.Et ut scribit Gellius.noctiū atticarꝝ sexto libros Athenis disciplinarꝝ liberaliū publice ad legēdū p̄bēdos prius posuisse dicit Pisistratus tyrānus Deiceps studiosus accuratiusq̄ ipī athenienses auxerunt. Sed oēm illā postea librorq̄ copiā Xerxes Athenarum potius urbe ip̄a p̄ter arcē incensa abstulit: asportauitq̄ in p̄sas.Hos porro lib.uniuersos multis post tpibus Seleucus rex:q Nicanor appellatus ē:referēdos Athenas curauit.Ingēs post numerus librorꝝ i Aegypto a Ptolomeis regibus uel cōqsitus:uel cōfesus est.Ad milia ferme uolumina septingēta: sed ea oīa bello priore Alexandrino dū diriperēt ea ciuitas non sponte neq̄ opa cōsulta: sed a militibus forte auxiliaris īcensa sunt.Nec id p̄tereūdū uidet qd' Pli.circa initiū.xxxv.libri natura.hist. nouiciū dixi inuentū.Siqdē non ea auro argentoue:aut certe ex ære in bibliothecis imagines dicatæ fuerunt illis scilicet:quoꝝ immortales aiæ in locis iisdē loquunt.Quinimmo ēt & quæ non sunt fingūtur: sicut in Home.euenit.Quo maius ut equidem arbitror:nullū est fœlicitatis specimē:q̄ semp omnes scire & cupe q̄lis fuerit aliqs.Et subdit Asinii Pollionis Romæ iuētū:q primus bibliothecā dicādo īgenia hoīum reipu.facit.An priores cœpint Alexandriæ & Pergami:q bibliothecas magno certamine īstituere nō facile dixerim.Imaginum amore flagrasse quosdā testes sunt:& Atticus Cicerōis edito de ea re ī sua senectute uolumine.Et.M.Varro benignissimo īuento inserēs ī uoluminibus nō tantum septingētoꝝ illustrium nomina:sed & ali quorum imagines non passus interire figuras.

Bibliopola cū.i.latīo utrobiq̄ scribitur:dicit a nīis librarius.Nā cōponit ex βιβλοσ:qui est liber: & πολο uendo:cum ille sit qui libros uenditat.Martia.in ultimo.Et faciet bibliopola triphon.Verum ut exantiquorum dictis annotare ualuimus: liber duo significat:ip̄m opus totū: & certā opis partē. Vnde ait Vlpianus:Si cui centū libri ligati: cētum uolumina ei dabimus:nō cētū quæ qs īgenio suo meritus sit:quæ ad libri scripturā sufficerēt:utputa cū haberet Homerū totū in uno uolumine non quadragintaocto libros cōputamus: sed hoc unū Hom.uolumē pro libro accipiendū est.Sic nostro iudicio consueuere.Cicero: sic Gellius: & alii fere oēs.Nōnulli uero putāt melius dici totū opus codicē & certā opis partē librū:ita ut Virg. æneis nō liber sit:sed duodecim libri:Georgica nō sit idē liber:sed libri quattuor.Bucolica unus liber dicat: sitq̄ idē unū uolumē.Georgica quattuor uolumina:æneis duodeci.Oui.Sūt mihi mutate terq̄nq̄ uolumina formæ.Alii uero totū opus librum uocant:& opis partē uolumē:ut Pli.de libris sui auūculi loquens ait:libros tres in sex uolumina ꝓpter amplitudinē diuisit.Volumen uero uel a uolo dictū ē eo q̄ in libris uoluntas apparet:uel quod magis sequærer a uoluo:eo q̄ uolui apud antiquos cō sueuerit:ut duo Cæsaris anticatiōes.Simili modo hebræi legē suā uoluere:& græci missam hoc tpe cōsueuerūt.Sic antiqui romani qui in libris arborum:idest corticibus scribebāt:ut eos libros commodius ferēt cū uolebāt:unde forte uolumina appellauerūt.Nāq̄ adhuc durat uerbum euoluere libros:p eo q̄d ē apire libros lectitādi gra q̄si rē cōuolutā explicare.Quēadmodū euelare ē rē uelatā detegere.Nisi dicimus euolui libros pp numerū paginarū.Accipit aūt nūc euoluere libros siue auctores:pro eo quod est lectitare.

Bio uel ut alii more græco scribūt Bion cū.i.latino sequēte.o.scribit:fuit genere boristēytes.Quibus āt fuerit parētibus:& q̄bus ex rebus ad philosophiam se trāstulerit:ipemet enarrauit:ī epistola ad antigonū sic dicēs:Pater meus liberatus fuit cubito

ſe tergẽs. Significabat ãt illũ ſucidiã: & laridũ uẽdere: boryſtẽites genere hẽs nõ faciẽ. ſed in facie ſcriptura idiciũ acerbiſſimi domini. Mater ãt quã huiuſmodi ducere potuit. Deinde pater neſcio qd in rẽ publicanoꝝ cõmitẽs cũ tota domo uenũdatus ẽ: me adoleſcẽtulũ haud ignauũ uel ĩgratũ orator qdã emit: Is moriẽs mihi oia reliqt. Ego tabulas ipſius exurẽs cũctaſq; diſcidẽs Athenas cõceſſi: ibiq; philoſophatus ſum. Fuit hic Bio ĩgẽio uerſatili: ut dixit Laert. & ſophiſta callidus. Fuit auditor cratis & Theodori athei: qn & Theophraſti: ut dixit Eratoſthenes primus Bio philoſophiam uario oſonis flore ueſtiuit. Hic Alcibiadẽ culpãs dicebat illũ dũ eẽt adoleſcẽs uiros abuxoribus: dũ eẽt iuuẽis uxores a uiris abduxiſſe: Fuere teſte Laertio Biões decẽ: Primus pherecydi Syro cõtẽporãeus fuit. Secũdus rethor ſyracuſanus: q ĩ arte rhetorica ſcripſit. Tertius hic ipſe. Quartus q attice multa cõſcripſit & ionice q primus oſtẽdit regiões q̃ſdam eſſe, ubi ſex mẽſiũ eſſet nox: & totidẽ dies. Quintus ſolenſis q ſcripſit æthiopica. Sextus rhetoricus: cuius ſeruntur nouem libri muſarum inſcripti. Septimus lyricus poeta: Octauus mileſio ſculptor. Nous poeta tragicus. Decius ſculptor clazõenius ſiue chius.

Biothanatus prima cũ .i. latio. ante penultima cum th. aſpriato & ultima cum .t. ſimplici ſcribit: dicit ille qui p uiolentiã mortuus ẽ: hoc eſt βια. uiolẽtia: θανατος mors. Nã ut ãtiq gẽtiliũ theologi aſſerebant Biothanatoꝝ aĩe i originẽ ſuam nõ recipiebãtur: niſi uagãtes legitimũ tps fati cõpleuerit qd̃ poetæ ad ſepulturam tranſferunt: ut Centum errant annos. Vnde occiſura ſeipſam ante tps Dido dicebat ad Aeneam: Oĩbus umbra locis adero: dãbis improbe pœnas: Scilicet mihi uaganti.

Byria pria cũ .y. græco: & pẽultima cũ .i. latino ſcribitur: apud græcos uero additur .s. in fine. & dicit βυριας. Sane ex noſtris nonnulli duplicãt .r. quod ſine ratione factum eſt.

Byrro cũ .y. græco & duplicato .r. atq; ſecundo aſpirato ſcribit & dicitur quaſi pyrrus: hoc eſt ruffus. Qui & pro nomine ꝓprio a Iuuenale ponitur.

Byrſa cũ .y. græco ſcribitur: uocabulũ ẽ ryriũ: quod aꝑuos coriũ uel tergus ĩdicat a quo Carthago eo noie prius cognominata fuit: qa ꝓ illa ædificanda tantũ loci Dido emerat a rege Hiarba: q̃ntum corio tauri tegi poſſet dicente Vir. lib. æneidos prio.

Mercariq; ſolum facti de nomine Byrſam.
Taurino quantum poſſent circundare tergo.

Biſalte cum .i. latino & .t. exili ſcribitur: populi ſunt ſcythici: de quibus Vir. lib. geor. iii. meminit cum ait: Biſaltæ quo more ſolent acerq; Gelonus: Cũ fugit in Rhodopen: aut indeſerta getarum.

Byſſus cũ .y. græco & duplicato .ſ. ſcribitur. genus ẽ lini ſubtiliſſimi. & eſt aliud ꝓcioſius linum: quod durat in igne: & eſt teſte Plinio libro .xiiii. pondere auri olim permutabatur.

dem uentos demonſtrant:ita hic pari numero diei noctiq; horas ſua in circulo puncta:hoc nonnulli q̃drantem uocant,Quæ tria ſiue ab eodem ſiue a diuerſis adiuncta ſunt,Profecto nec Dedali qui ſerrã aſciam perpendiculum:& alia quæ in dictione Dædalus uidĩus.Nec Theodori ſamii:qui ſamiis normam:libella:tornum.clauem: nec cyclopum : qui fabricam ferream.nec Panos qui fiſtulam:nec Mercurii qui monaulion adinuenit : inuenta cum his de quibus diximus comparanda ſunt : ſicut e contrario.Non maioris ingenii fuit iueniſſe arcum & ſagittam cuius auctorem ferunt Scytherem Iouis filium ut teſtis eſt Pli,libro,vi. naturalis hiſto. nec alia plurima ad hominum perniciem:quorum ſingula ad ſuos referuntur auctores q̃ excogitaſſe : ad quod proxime accedit ad ſuperiorem miraculum: & bombardam uocamus:cuius auctorem execremur licet tametſi ignoremus dignum qui in morẽ Salmonei fulmine deflagraſſe:quoniam nihil tam ſimile fulmini eſt luce:ſonitu odore:huius nomen a bombo quod græcum : a nonnullis quoque latinorum uſurpatum & ab ardeo compoſitum eſt. Aliqui tormenta ænea magis dicere uolunt: habẽt & eius ſpecies ſua nomina nec quem ſcriptorem ſequamur habemus:nec etiam ſcriptum habemus quo nomine uocaretur id in quo uterq; pes utrinque quieſcit eius qui inſidet equo.Nam ut in marmoreis ſignis Romæ conſpeximus : non uebantur illis antiqui.Quid ferrum quo uelut ſoleis calciantur pedes equorum iumentorumq;? quid illud ex corio extrema in parte lanceæ:quod ferrum cornu ubi ad pectus lancea ipſa reponiẽ? Quid magna pars armaturæ? ſed hæc non repono iter acute inuenta:acutius eſt inueniſſe ac multo utilius qua ratione frumentum quaſi in piſtrino ad decurrentis aquæ impetum moleretur:quod & ſi non admodum recens eſt: tamen nomine ſuo apud litteratos caret.Quidam ueteres uocãt piſtrinum:uulgus uero molendinum:ſicut ea quæ uento aguntſ: ſane molendinarium:& molendinariam comperimus ut Paulus iuriſconſultus de fundo inſtructo. Aſinam inquit molindinariam: & molam negat. Neratius inſtrumento fundi contineri idem cõſultus de mæta molẽdiaria reſpondit.Si ruſticus eius fundi operariis moleretur eam quoq; deberi. Et ſubdit.eſt autem mæta inferior pars molæ cathyllus ſuperior,hæc ille:rurſus & illud quoq; utilius qui:acutius excogitatum eſt ex eo frutice:cuius nomen non legi alii cortonem,alii bombycem ad ſimilitudinem bombycis:qui ſericum gignit appellant:conficere tria præcipue quæ non deerant quipem nobis:ſed acceſſionem hanc adiectam gauiſi ſumus : ueſtes : chartas : uela : Adeo nec ueſtibus nec:charus:nec:uelis ulis melioribus utimur multa ſunt inuenta ad ſenſuum oblectationem . Parti eius generis cuius olim iam alia fuerant ut in muſica:quod equidem & admiratione & laude dignũ eſt.adhuccarens apto nomine organa uocãt. Quædam item minora aptioribus appellata nomiinibus monachordium cum ,ch,aſpiratione & clauicymbalum cum,c.exili &,y.græco in antepenultima:& nonnulla alia his addamus,zuccara ſic,n.

omnes uocant & plurima ex ei confecta:& pilā luſoriam. Nō dico qua prius etiā utebamur:cuius. Pithi inuentum. Plinius li. vii. dixit:ſed uento ut uulgus logtur plenam:& ſi ueteres pueros luſiſſe ſole accæpimus:tamē & aliud fuiſſe:& hoc multo artificioſius eē non dubiū eſt. Cuius iuentum ad marchionē ferariēſem:qui proxime defunctus eſt referunt:i eadē quoq; urbe rem ſordidam ſed utilem primum iuentam uolunt:e ſeuo candelam partim eiuſmodi apud priſcos nullum exemplum fuit domuiſſe aues ad uenādū. Nam de canibus q cotunices attagenes faſiānos pdices anates: cæteraſq; huiuſmodi aues uenanť minus affirmare auſim: quā de alitibus:q̄ ſuapte natura ſibi uenanť nūc etiam nobis:q̄ diligentia aut exercitatio adeo ſcreuit:ut in artē & qdem non paruā euaſerit ſcripti ſunt multi & magni de ſtruzeria: ita. n. hanc artē noīant libri ſtudiū nobiliū hoīum ac diuitū ſicut pauperum ac tenuioꝝ:illud quod nec ipſum affirmē: oli in uſu non fuiſſe:noctua aſcione ululā aliiſq; qbuſdam uolucribus captare alias uolucres:qđ proprie aucupari dr̄. Nam alteꝝ magis uenari eſt:hoc inſidioſum illud uiolentū:hoc ex occulto. illud ex aperto: hoc blanda ſpecie decipiens illud etiā antequam noceat minās:ut ſciamus ueꝝ eſſe quod Ariſtoteles & alii qdam ſcripſerunt paupeꝝ propriū eſſe cum mali ſunt dolo uti:diuitū ui:ideoq; alteꝝ uulpeculæ:alterum leoni cōparať. Sunt ēt miora dictualia nonnulla:ut pelles bractea argētea iduras fuco tingere: in aureum colorē:quas auripelles uocāt meſſanenſium ut aiunt inuentum:qualia in ſingulis artibns ſua fortaſſe recentia inuenta ſunt ut ī aurificina Nilum:illud in artē nullam cadit feciſſe duos orbes etenui uitro chryſtaloue aut berillo:p q̄ infirmior uiſus melius:ſi credibile eſt:uideat:q̄ occularia nominant. Nec id p̄terittam quod ab ingenii argutia nō abeſt haſtam ī modum tubæ æqualiter pforatā:per quam ipulſo ſpiritu cretaceas pilulas emittimus:qbus certiſſimo ictu auiculas occidimus: cuius nomē antiquū nō eſt:qa nec res antiq̄ erat:purpuræ antiqs in uſu fuerūt. Nobis ut mile ſint facit q̄ rariſſima eis fuit copia ſerici:& alia ſunt q̄ inſerere poſſemus niſi in longum traheret oro:qbus cōſtat nos rebus nouis noua noīa accōmodare poſſe: ut ueteres a qbꝫ p̄cepta hēmus & exēpla ſūmitus factitarūt: Vnde ait Priſcia. in. viii. Si. n. auctoribus timiditas obſtitiſſet. ut nullis nouis uterenť dictionibus ipſa natura & ſignificationē reꝝ exigēte perpetuis latinitas Anguſtiis damnata manſiſſet.

Horatius cum aſpiratione prīcipii &. t. exili atq; latino ab emēdatiſſimis græcis ſcribiť: & ſecundum illos ab ὡραῖος quod eſt pulcher deriuať: nonnulli uero ex noſtris latinū eſſe. & latinā deriuationem habere uolūt:& ab oro oras oratus deduci aſſerūt quod ſi ueꝝ eſſet abſq; aſpiratione ſcribi deberet: ſed prior ſcriptura magis a doctiſſimis obſeruať: fuit ergo poeta laudatiſſimus:patria uenuſinus:dicēte Iuuenale in prīa ſaty. Hæc ego non credam uenuſina digna lucerna. fuitq; natus pre libertino: ut ipſe idē. xxiiii. epiſtola atteſtať dicens.

Me libertino natū patre:& in tenui re Maiores pennas nido extendiſſe loquaeris.

Vt quantum generi demas:uirtutibus addas: fuit ſtatura breuis:ut in eadē epiſtola ipſa idē ſubdit. Corporis exigui præcanum ſolibus aptum.

Iraſci celerē tamē ut placabilis eſſem:&. xxvi. oſtendit quēadmodū Romæ litteris liberalibus eruditus fuerat:& deinde uberioris ſcientie gratia nāciſcendæ Athenas conceſſerit:& cū doctiſſimus euaſiſſet familiaritatē. M. Brutii occiſoris Cæſaris adeptus:factuſq; ab illo tribunus militū cōtra. M. An. & Auguſtum:ſed uicto Bruto exclade aufugit ipſo dicente in odis: Tecum philippos & celerem fugā ſenſi recte non bene parmula:& ibidē. Sed me p hoſtes Mercurius celer denſo pauente ſuſtulit aere cui deinde Auguſtus Mecœnatis gratia indulſit: itaq; liberatus ad poetica ſe cōuertit: & præcipuos apud latinos uerſus lyricos exp̄ſſit: imitatur Archilocū alcæū Sapphon & Pyndaꝝ poetas græcos unde in. xxiiii. epiſtola ait: paruos ego primus iābos. Oſtendi latio numeros animoſq; ſecutus.

Archilochi: non res & agentia uerba lycambrem. Tēperat archilochi muſam pede maſcula ſappho: Temperat alcæus:& reliqua: ſcripſit igitur odos: libros ſermonum duos: iſtitutiones poeticas: q̄ poetria dicit:& epiſtolas: & cum diuitias optimis ſtudiis cumulaſſet: tandem Romæ moriēs Auguſtū rerum omnium ſuarum hæredē iſtituit: obiitque. lxiii. anno ſuæ etatis ip̄erii uero Auguſti anno trigeſimo quinto: fuitq; maxima pompa ſepultus in exquiliis apud mecœnatem.

Hormeuus cum. e. abſq; diphthongo ſcribitur: fuit uir troianus interfectus a Polypere filio Perithoi: ut oſtendit Homerus libro. xii. iliados & deſcēdit ab ὁρμή quod eſt impetus.

Horontes cum aſpiratione principii &. t. exili ſcribitur: fuit ex lycia troianorum amicus: q occiſo apud Troiam Pādaro lyciæ rege: qui troianis auxilia tulerat: ipſi Pādaro in milicia ſucceſſit. Sed capta Troia diſcedens cum Aenea ī ſiculo mari periit: ut oſtē dit Virgilī. li. æneidos. i. eadem litteratura fluuius qdā Syriæ deſcribitur: q teſte Pli. li. v. natu. hiſto. inter Libanū & Antilibanū montes iuxta Heliopoli urbem exorič. Et deinde antiochiā epiphanē diuidit. De quo meminit Iuue. in. iii. ſatyra cū ait. lā prīdē ſyrius ī tyberim defluxit horōtes. Quo ēt noie gener Artaxerxis pſaꝝ regis cognominatus fuit.

Horizon cum. i. latio ſequente. z. conſonāte ſcribiť: dici poteſt latie finitio uel terminatio: & deſcendit ab ὁρίζω quod eſt finitio uel terminatio.

Horthes cum. th. aſpirato ſcribitur: fuit teſte homero libro ſecundo iliados Theſſaliæ urbs.

Hortenſius cum aſpiratione principii &. t. exili ſcribiť. latinū puto & ab hortor deriuarī. Nōnulli græcū exiſtimant:& cum. th. aſpirato ſcribunt. atq; ab hortes urbe Theſſaliæ deductū putāt: ſed prior ſcriptura ēt apud doctiſſimos cōunior fuit: hortenſius teſte Quintiliano lib. vi. de iſtitutiōe oratoria: quā doq; oratoꝝ princeps Romæ habitus: inde æmulus Ciceroīs & nouiſſime quoad uixit ſecūdus. De eodē dixit Varro lib. iii. reꝝ ruſticaꝝ. Et poſt eum Gellius libro noctium atticarum prīo Qu. hortēſius fuit orator clarus. ſed delicatior q̄ ueꝝ deceat: & formæ non minus q̄ eloquētiæ ſtudioſus. Nūq;

ſpeculo inc̃ſulto ꝓteſſit in publicū ī illo ſe come/
re:ī illo ſe mirari:in illo uultū togāq; cōponere cō/
ſueuit.De quo plura idem proſequunt.Et Valeri.
maximus ac alii plures.

De aſpiratione dictionū latinaq; tā in medio dictio
nis q̄ in initio & fine.

HIs itaq; de dictionibus græcis:q̄ latine ſcri
bunt:& in initio dictiōis aſpirant per or/
dinē habitis:decreui latīas quaſdā:q̄ ma/
xime difficultatē hr̄e uident hoc loco nō
ꝓterire.Immo p ordinē eas annotare:q̄ aliquo mō
aſpiratiōis nota initio dictionū uel mediis ſyllabis
ac ēt ī fine deſignant.Nā ois aſpirationis nota aut
pr̄icipalis ē ſyllabaq;:uel termialis:aut media.q̄q;
dē pr̄icipalis ē ſolis uocalibus p̄poīt:& duos retiet
ī dictiōibus locos capitalē.ſ.& mediū.Capitalem ut
habeo:mediū ut phibeo. Quæ uero media eſt ut
plurimū ī dictiōibus græcis ſcribit:ut rhetor Rha
pha.Theoph.& ſimiles:ī latis ēt ut qdā uoluerunt
oia termiata ī cher uel ī chra uel ī chrū: & ante.c.
habentia.l.ut pulcher pulchra pulchū ſepulchrum
ſulchrum.Nōnulli uero ſolū pulcher chra chrum
& ab eo declinata aſpirari uolūt cætera ſine aſpira/
tiōe ſcribēda eē dicunt.Quæ āt termialis aſpiratio
eſt ī paucis iteriectiōibus latinis iuenitur:ut uah ah
oh:de qbus loco ſuo dicet.Nūc de ea primū aſpira
tiōe tractantibus:q̄ capitalē ī dictiōibus locū obti/
net:& ab.a.icipiētes hoc quoq; annotādū diximus
ipſum.a. ante.f.g.k.l.o.p.q.&.t.in latinis dictioni/
bus recte aſpirari non poſſe.

Ha iteriectio cū aſpiratiōe ſcribit:ut ab.a.differat cū
p̄poſitio ē:uel lr̄æ nomē.Nā tūc quoq; aſpiratione
caret:uel ut aliis magis placet:qa cū iteriectio ē affe
ctū ſignificat:& cū aſpiratiōe ꝓferē.Inuēit nōnūq̄ ī
teriectio.ah.poſt ſe aſpirari:d̄ q̄ poſtea ꝓtractabius.

Habeo hēs cū aſpiratiōe ſcribit ut ab abeo ts differat
qm̄ cū ab p̄poſitiōe cōponit & dr̄ ſine aſpiratiōe ab
eo is it:& dicius habui oſonē magis q̄ feci oſonem
ſed feci oſonē frequentius q̄ habui dicimus.

Habito cū aſpiratiōe ſcribit:& ab habeo uenit: ſimi
liter habilis & habēa:nā cū aliquā dictionē aſpirari
dicius oēs ab ea deſcendentes aſpirādas uolumus:
Et cōſtruit hīto melius cū accuſatiuo q̄ ablatiuo:
ut Virī Alexī.Atq; hūiles hītare caſas. Sane abun
do qd̄ in nōnullis locis aſpiratū cōperit:librariorū
uitio tribuēdū ē.Nā ex ab p̄poſitiōe cōponit:& un
do undas:quod deriuat ab eo qd̄ eſt unda.

Hac ꝓnomē ſiue aduerbiū aſpirat ut differat ab hac
cōiūctione:q̄ ſine aſpiratōe ſcribit.Veꝝ ī articulari
bus ꝓnoībus & aduerbiis monoſyllabis inde deri/
uatis:nō ſolū.a.ſed cæteræ uocales aſpirant: ut hic
hæc hoc huc.Quoniā hic ꝓnomē a quo cætera hu
iuſmodi oriunt teſte Priſci.ab græco articulo hoc
deriuatū eſt:quod apud illos aſpirari minime dubi
tari pōt de quo in dictione eius uidebimus.

Hactenus cū aſpiratione ſcribit: & ex hoc aduerbio
& tenus cōponit:ſed ī cōpoſitiōe penultīa ipſa cor/
ripit.Virgi.Hactēus aruoꝝ cultus & ſydera cæli:
& teſte Feſto hac ſine deſignat.Ait.n.q̄ternus ſigni
ficat q̄ ſine ſicut hactēus:hac ſine:ſed antiq̄ q̄tenos
dicebāt:& quāde pro q̄do: q̄tinus uero quoniam:
hæc ille.Sane pro hoꝝ uerboꝝ declinatiōe:qa mul
tiq̄tinus ꝓ q̄tenus:& e cōuerſo ſcriptitare cōſueue
rūt:exēpla adducemus:inq;.n.Iuue.ī ſatyra Nata/
li:Exiſtut q ꝓmittūt hecatōben.Quatinus hic nō
ſunt:nec uenales elephāti:q̄tinus ſcripſit p.i. hoc ē
ſunt nōnulli q ꝓmittūt diis ſacrificiū centū boum
ꝓ ſalute diuitis:Et ſubdit p antipophoram:nec.n.
mactare & ſacrificare de elephātis poſſent. non.n.
ſunt ī latio:& ſi ſunt nō uēdūt:& ſic q̄tinus poſuit
ꝓ qa:ut dixit Feſtus: At uero q̄tenus cū.e.ꝓ q̄ fine
ponit:hoc ē ad quātū ſiue ut exēplū ſic:cupio ſcire
q̄tenus amor ī amicitia debeat itēdi ac ꝓgrēdi.i.
ad quantū ut ſcripſit Ci.ī Lælio:q̄ſi ut ueli dicere
utrū hēat finē ſeu mætā uel limitē amor & amici/
tia.Similiter dicius uerberaui filiū meū q̄tenus ſit
bōus.i.ad hūc finē ut ſit bōus.i.ad hoc q; ſit bōus.
Itaq; male dr̄.Iniūxit mihi dīs meus q̄tenus legā.

Hæ qd̄ ē plorare huius ꝓnois hæc aſpirat:& diph.
dū uero ē p̄poſitio mīme ſed qd̄ ab ea deſcēdit ſine
aſpiratione & cum duplicato.e.ii.ſ.diph.ſcribitur.

Hædus cū aſpiratiōe &.æ.dip.ſcribit:ut plene uidi/
musī dictiōe dip.ab illo tamē iſidorus aſpirationē
abſtulit:ſed p̄ualet ātiquoq; uſus: &.M. Var.ſnia.

Hæreo uerbum cum aſpiratione &.æ.diphthōgo:
ut uidimus in dictione diphthongus ſcribitur.

Hæres ſimilit aſpirat & cū diph.ſcribit:ut ī dictiōe
dip.uidius a quo ex hær̄do pēultīa ꝓducta ād̄ucit

Halo uerbū primæ cōiugatiōs cū aſpiratiōe ſcribit:
ut ab alo differat cōiugatiōis tertiæ qd̄ ſine aſpira/
tiōe ſcribit:& nutrire deſignat:At cū aſpiratiōe ha
lare ſpirare:ē unde halitū ſpiratum dicimus. Iungi
turq; cū ablatiuo :ut ſertiſq; recētibus halāt. At ex
halo cū accuſatiuo:ut Virgi.vii. æneidos. Sæuāq;
exhalat.opaca mephitim.Iuue.ī ſaty.Omnibus in
terris Bellorꝝ pōpa animē exhalaſſet opimam.

Halitus cum aſpiratione ſcribitur: & ab halo halas
primæ coniugationis uerbo deſcendit.

Hamus cū aſpiratione ſcribitur:ut ī datiuo uel abla
tiuo quod eſt hamo ab amo uerbo differat.

Hara cū ſtabulū ſignificat porcoꝝ cū aſpiratiōe ſcri
bit:ut ab ara deoꝝ.q̄ aſpirationē non hēt differat.
Significat ēt iterdū hara aſpiratū teſte ſeruio. ī Do
natū auē quādā auguralē:a quo nomine haruſpex
& hariolus aſſerit deriuata eoſq; falſitatis arguit:q
ab ara deoꝝ hæc ipſa aſtruunt deriuari.cum in ara
deorum pr̄icipalis ſyllaba ꝓducta ſit:haruſpex ue
ro & hariolus ſit breuis.Sane Donatus ī phormio
ne inquit Hariolis q̄ſi fariolus dicitur:aſpiratione
poſita pro.f.littera.

Haruſpex cū aſpiratiōe ſcribitur : ut uidimus in p̄/
cedenti dictione.

Hariolus cum aſpirattone ſimiliter ſcribitur : ut in
dictione hara notauimus.

Harena a uerbo hæreo teſte Seruio deriuari uidet.
eo q; mixta calce parietibus hæreat:& ob hoc aſpi/
randū eſt. Alii uero conuenientius ab areo uerbo
deriuatā putantes ſine aſpiratione ſcribunt ariena
ſimiliter arundo cū abariditate dicatur : nunq̄ re/
cte aſpiratur.Sunt qui uelint cum haſtā arūdo ipa
deſignat:ut per aſpirationē ab arundine quæ canā
ſignificat : diſcrepare faciant. Sane harundo mihi
ubiq; nomen uidetur:quod canam ex ſua proprie
tate ſignificat:haſtam uero per quandam inter ſe

ſimilitudinem. Vnde nullo mõ aſpirandum puto.
Haſta cũ aſpiratiõe pricipii ſcribiť: unde licet ab aſto uerbo quod ſine aſpiratione ſcribiť deriuari dicať tamẽ ad differentiã ſecũdæ ꝓſonæ eiuſdẽ uerbi ipe ratiuo aſpirationẽ aſſumpſiſſe uidetur.
Haurio cũ aſpiratione ſcribiť: ut in ſecũda ꝓſona ab auris noíe diſcrepet quod non aſpirať.
Haue uerbum ſalutatium antiq nõnulli cum aſpira tione ſcribebant: ut ab aue ablatiuo noís auis diffe/ret: & ab ĩperatiuo uerbi aueo: unde auidus & aua/rus. Sed tã tenet ꝓſuetudo: ut ſine aſpiratõe ſcribať.
Haheo ſecũdæ cõiugationis uerbũ aſpiratur: ut ab ebeo ebeas cõiugatiõis primæ differat. unde ebeti dicunť qui fœlicitate aliqua ceciderunt.
Hei ĩteriectio cum aſpiratione ſcribiť. ut ab ei pro/nomine diſtet. & quoniã affectũ ſignificat: cum au/ctiore ſpiritu promendum eſt.
Heiulor aſpirať, quoniã ab hei ĩteriectiõe deſcẽdit.
Hem ĩteriectio ob maiorem ſpiritum aſpiratur.
Helluor aris teſte gellio lib. ii. noctiũ atticarꝝ cũ aſpi/ratiõe ſcribiť: nulla ſane ratiõe niſi ut firmitas & ut gor uocis: quaſi qbuſdam neruis additis ĩtenderet. & ide helluões guloſi dicti ſunt.
Herus cũ aſpiratiõe ſcribiť: ut in datiuo & ablatiuo a uerbo futuri temporis ero differat.
Herba cum aſpiratione & ſine diphthõgo ſcribitur: licet ut qdam uolũt a uerbo hæreo: quod cũ diph thongo ſcribitur deriuari dicať: quia non naturali ter diph. hæreo: ſed ex q̃dã dr̃ia accæpiſſe dicatur.
Heruga & herugo ſimiliter aſpirari: & a uerbo de/ducta dicuntur qa tenaciter rebus quas occupãt hæ rent: licet ſine diphthongo in eadem cãm quam in p̃cedenti dictione diximus ſcribantur.
Heri ſimiliter aſpirari: & ab eodẽ uerbo hæreo de/duci dicunt: qa heſternus dies hodierno ſine alteri/us. ſ. diei ĩterpellatione cohæreat: & ſine diphthon/go ſcribitur.
Hertius ſiue herniacius cũ aſpiratiõe ſcribunť & ab eo quot ſetis horreat dictum eſt.
Hernia cũ aſpiratione & abſq; diphthongo ſcribiť: dicit teſte Seruio lingua & ſabinoꝝ ſaxum: ſed ma gis placet illoꝝ expoſitio. qui dicũt herniam aſpeꝝ una & duꝝ. ĩdicare. Nam ſi ſaxum tãtummodo in dicaret non dixiſſet Virgi. Hernica ſaxa colunt: ſed tantummodo hernia uel hernica. Nam cum deſcẽ/dunt ĩteſtina ad pygam teſticulorum efficiunt illã duram & aſperam ob quod poſtea hernia dicitur: Juuenalis in ſaty. Credo pudicitiam. Quibus ĩcen/di iam frigid us æuo Laomedontiades & Neſtoris hernia poſſit unde & populi illi q in cãpania aſpera ſaxa ĩcolunt hernici ſint cognominati: ut anagnini cũ g. ante. n. in penultia Priſciano teſte: ferentiates: uerulani: alatrini: fruſionii: & his finitimi. Vir. i. vii. æneidos: hernica ſaxa colunt quos diues anagnina paſcit. i. aſpera. uel ut alii uolunt a quodam ſabio il lic habitante ac regnante hernici dicti ſunt. Macro/bius uero dixit pelaſgum quendam nomine herni cum condidiſſe anagniam.
Hernius propriũ uiri nomen cũ aſpiratiõe: & abſq; diphthongo ſcribitur: licet ab hæreo deductũ cre/datur: quaſi hæreat annis: ſic. n. ueteres: quandoq; filiis annos p̃ſagientes noía imponebant.
Heſternus cũ aſpiratiõe ſcribiť: & ab heri deſcẽdit.
Heus aduerbiũ uocãdi ſpirať quia huiuſmodi uoca tiões cũ augumẽto ſpiritus efferri conſueuerunt.
Heu ĩteriectio dolẽtis uel aduerbiũ reſpondẽdi. qa ex dolore uel turbida reſponſione effertur cũ aſpi/ratione: hoc eſt cum augumento. ſpiritus ꝓferť.
Hic ſiue pronomen ſit ſiue aduerbiũ ſp aſpirať: ad quoꝝ dr̃iam ſignãdã qdã ueterũ ut ĩ marmoribus cõpluribus legi ſolebãt aduerbiũ ſcribere diphthõ go græca: uidelicet hic: idq; rõne. Nã aduerbiũ ſp ꝓducit: ꝓnomẽ nõnunq̃ corripiť: ut apud Vir. li. iiii. Vnus hic iflexit ſenſus: quin & ꝓnomen illud idẽ differẽtiã ſimilẽ detinet: qa cũ maſculinũ ẽ pri/mam ꝓducit: ut Iuue. ĩ ſaty. Oĩbus ĩ terris. Exitus ergo qs eſto gloria uincit idẽ. Nã de hannibale loq tur: cũ uero neutrũ ſemp illã corripit: datiuus ãt ſi ue ablatiuus pluralis facit eiſdẽ & iiſdẽ cum dupli/cato. i. uel iſdẽ cũ unico: utrũq; bene ſcribiť: ſed in ſcãſione unico ſemper. i. utimur: ſicut in Virgilii & Antonii dii & diis ii & iis: Iuuenalis in ſatyra. Om nibus ĩ terris: & qcquid græcia mẽdax audet in hi ſtoria cõſtratũ cladibus iſdẽ. Suppoſitũq; rotis ſoli dũ mare credimus: Non tamen hic patitur uerſus eiſdem: quod tamen alibi poſuit: ut in ſatyra: Cre/do pudicitiam. Dat eiidem ferre cinædis.
Hinnio hinnis uerbũ aſpirať: & cũ duplicato. n. ſcri biť. qa augmẽto ſpiritus ginnitus ab eqs ꝓfertur.
Hio hias uerbũ & q̃ ab eo tracta ſunt: ut hiatus hia/tio aſpirať. eo q; hiãdo maior fit ſpiritus. Nam ab oris ſono cũ aperiť os tractũ uideť: oratores tamẽ hiare ꝓ eo ſumunt qđ eſt aliquid ſua ſponte & ex/trema aliqua ui diffindi. ut tellus æſtu: & ligna ari/ditate: aut nimio labore hiant.
Hir cũ aſpiratione ſcribiť: quoniã ab hœreo uerbo deriuatur & uolã ſignificat: nã ut aiũt phyſici. i. uo la porri magis ſibi coherẽt q̃ ĩ cæteris corporis par tibus: unde he partes ſolidiores eẽ dicũtur: Alii ue ro ideo ab hærendo hir dici putant quoniam pal/mæ ipſæ rebus quibuſlibet hærere ſoleant.
Hirſutus aſpirari: & ab horreo deriuari uolũt: ut q̃ ſi horrens ſetis dicatur.
Hirtus ſimili modo & per ſyncopam idem eſt: qđ complete hirſutus dicitur.
Hircus cũ aſpiratione principii ſcribiť: & ab hirſu/to deduciť: unde teſte feſto hircipuli dicunť hoíes duoꝝ pilorũ. Quidam exiſtimãt hircos dictos ab oculoꝝ ãgulis: quos antiq hircos uocabãt: ad hos frequẽter libidinoſa illa aĩalia luminũ aciẽ in actu laſciuiæ cõtorq̃re cõſueuerũt unde teſte Feſto hir/qtalli pueri primũ ad uirilitatẽ accedentes a libidi/ne. ſ. hircoꝝ dicũť. At Terẽ. Varro ut ĩ dictiõe diph thõgus cõmemorauimus dicit hircũ a ſabinis ac cæptum ꝓ cõmutationẽ. ſ. in. h. aſpirationem.
Hirqus cum aſpiratiõe principii &. q. ſequẽte unico .u. ſcribiť: oculoꝝ dr̃ angulus & ꝓ oculis nõnũq̃ ca piť: ut Virg. in bucolicis. trãſuerſa tuẽtibus hirqs.
Hirudo cum aſpiratione ſcribitur: & ab hærendo carni dicta uidetur: nam ſanguiſuga dicitur. Hora tius inſtitutis poeticis. Non miſſura cutem niſi ple na cruoris hirudo.
Hirundo cum. n. ante. d. ſimiliter in principio aſpi/rať: auis eſt. q̃ eo terra pulchro artificio nidũ tignis

χέλιδον

ſuſpendit:& græce χελίδον dr̃:de qua bene Oui.
Sub trabibus cunas tectaq; parua facit.
Hiſpidus cū aſpiratione ſcribit̃:& ab horreo qdam deriuari putant:quaſi horrens ſetis.
Hi pluralis nominatiuus ab eo quod eſt hic aſpiratiōis notā traxit:per quā ſane differt ab.i.uerbo & per unicum.i.ſcribitur.ſicut & uerbum:ſi uero ſine aſpiratiōe ſcribitur:ipſum quoq;.i.duplicat̃.& dicitur:uenitq; ab illo pronomīe is ea id.
Hiulcus aſpiratur:& ab hio uerbo deducitur.
Hiſco ſimiliter aſpiratur:qa frequentatiuum eſt ab hio tractū.Sane facere deberet hiaſco:ſed hiatus cauſa abiicitur.a.Et ut oſtendunt oratores hiſcere eſt qdem oris.& tantum humani:accipiturq; p eo q; ē loq aut os aperire ad loquendum:ſed ferre per negationē.ut coram illo nō auderes:hiſcere.uel qd nūc habes qd̃ hiſcere audeas.Ouidius tamē poetice dixit.Hiſcere nēpe tibi terra rogāda foret:cū id quoq; oratores ſoleāt potius dicer̃ dhiſcer̃.i.deorſū peſſūq; appiri.Qui & Vir.i.His unda dehiſcens.
Hodie & hodiernus aſpiratur:eo q; ab hoc & die cō poſita dicuntur.
Homo aſpirat̃.& ut oēs ferūt ab humo deſcēdit:qd̃ Quin.deridere uidet̃:cū ait li.i.de iſtitutiōe oratoria.Etiā ne hoīem appellari qa ſit humo natus.qua ſi uero nō oībus aīalibus.eadē origo:aut illi primi mortales ante nomē īpoſuerūt terræ q̃ ſibi.
Honor & alter eius noīatiuus honos cū aſpiratione ſcribunt̃:& ut multi putāt differentiæ cauſa ut ab onos q eſt aſinus differat.Cur uero duplex ſit terminatio noīatiui Serui.dixit:q tunc honos dici cū ſcilicet affirmat:cum opus eſt ultimam lōgam habere in uerſu:cum.r.uero quando breuem.
Hortor aſpirat̃:ne ab orior frequētatiuū eē credat̃.
Horreor aſpiratur:ut aſpirationis horror cū eiuſdē uerbi ſignificatione concordet.
Hordeū cū aſpiratiōe ſcribēdū phibent:eo q; horrere trahi uolunt:alii uero nō aſpirant:& ab oriendi celeritate deduci putant:ſed magis ex teſtimonio Quītiliano aſpirari placet:q ait i.i.iſtitutiōe oratoria apud ueteſtiores conſueuiſſe per.h.loco aſpirationis ſcribi:ut ſimiliter hædus pro hædus:& alia nonnulla de quibus ſupra uidimus.
Horreū cū aſpiratiōe ſcribit̃:& teſte Var.ab hordeo deriuat̃:hoc teſte Feſto ātiq farreū a farre dicebant.
Hortus horti:quamuis aborior ueniat plærique aſpirādum putant:ut ab huius ortus huic ortui:& ab ortus ora ortū participio differat:is dicit̃ ī quo olera & arbores oriūt̃:unde olus unaquæq; herba ſatiua dicitur:qua ueſcimur:& cuius foliis & caule ī edulium utimur.Verum horti ī plurali tantū non olerum ſunt:ſed arboribus cōſiti uoluptatis amœniatiſq; cauſa parati.ut horti Saluſtiani.Pompeiani.Luculliani.Claudiani.de quibus Plinius in decimonono uaturalis hiſto.inq.in duodecim tabulis legum noſtrarum nuſq; nominatur uilla:ſed ſemp in ea ſignificatione hortus.Et non longe hinc ſubdit:iam qdem hortorum nomine ī ipſa urbe delicias:agros:uilaſq; poſſident.Et pergit:prius hoc inſtituit Athenis Epicurus hortorum magiſter.Fuerſtq; ut idē auctor ait:teſte Plauto ſub Veneris tutela.At Virgilius priapo hortorum curam dediſſe uidetur cū ad illum in bucolicis:ait Cuſtos es pauperis horti:& in quarto georgicorum:ubi de hortis loquitur:inquit & cuſtos furum atq; auiū cum falce ſaligna Heleſpontiaci ſeruet turela priapi:de quo pulchre Horatius meminit in primo ſermonum ipſum priapum ſic loquentem introducens.

Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.
Cum facer incertus ſcamnum faceret ne priapū.
Maluit eſſe deum:deus indē ego furum aium q;.
Maxima formido.nam fures dextra coercet.
Obſcœnoq; ruber porrectus ab inguine palus.
Aſt importunas uolucres in uertice arundo.
Terret fixa:uetatq; nouis conſidere in hortis.

Hoſtio is.hoſtit quartæ coniungationis uerbum:q; æquo æq̃s ſignificat aſpiratur:ut per id a datiuo & ablatiuo eius nominis q; eſt oſtium differat:q; teſtimonio plurium grammaticorum aſpirari non debet:eo q; ab obſto obſtas nō aſpirato deriuetur.Itē nec oſpes:quia a nomine quod eſt oſtium deducit̃.Sed ut puto tenet conſuetudo:quæ & hoſtium & hoſpes aſpirant.Sed hoſtio uerbum ideo ſumptū eſt:quia in hoſtium conflictu quædam fieri conſueuit ordinum adequatio.
Hoſtis licet ab obſto obſtas non aſpirato deduci uelint:cum aſpiratione tamē ſcribendum differentie cauſa dicūt nec in genitiuo plurali cum nomine p̄dictio.hoſtium cōueniret:& teſte Feſto apud antiquos peregrius dicebatur q nunc hoſtis pduellio.
Hoſtia declinationis primæ ab nomine hoſtis deduci pibent:qa teſte Feſto laribus īmolabāt:qd̃ ab illis hoſtes arceri putabāt.Sed alio loco ait Feſtus hoſtia dicta ab eo quod eſt hoſtire.i.ferire.
Hoſtimentum ſimiliter aſpiratur.& teſte Feſto ē beneficii compenſatio.
Hoſti capax.i.hoſtium captor.& aſpirat̃ eodē mō.
Huc aſpiratur:quia ab hoc deriuatur.
Humus cum aſpiratione ſcribitur.
Humare ſimiliter aſpiratur:& dicitur quaſi humo tegere.
Humor aſpiratur:& ut ferunt:ab humo dicitur.
Humero eodē modo ſcribitur:& ſignificat humorem teneo:unde humeſco.
Humilis aſpiratur.q a ab humo dicitur.hoc eſt humi decliuis.
Humerus aſpirat̃:qa ut phibēt:ab humo deſcendit eo qd̃ hūeri iſtar hūi ſufferēdis oneribus ſint apti.
Hudus aſpirati qdā uolūt:& p ſyncopā ab humido deducii alii uero ſine aſpiratiōe ſcribēdū uolunt:& abiectionē primæ litteræ a ſudore deducunt:unde & uuidus & uliginoſus.
Hululo cum aſpiratione & ſimplo.l.utrobiq; nonnulli ſcribi uolūt:& hoc ob ſpiritus uehemētiā:uel quia ab hiu iteriectione deriuari putant.
Humanus cū aſpiratiōe ſcribit̃:& iuxta litteram ab humo:ſecūdū ſenſum uero ab hō deriuari uidet̃.
Vnde ēt humanitatis quæ teſte Petronio grāmatico p̄prie eſt erudicio iſtitutioq; :quā in bonas artes didicius:q̃s q ſinceriter:ut ait cupiūt appetūtq; hi ſunt maxime humaniſſimi.Et quoniā diſcipli na hæc ex uniuerſis aīantibus ſoli homini eſt conceſſa:humanitas maximeappellatur.

De aſpiratia in medio dictionis.

Vidimus ut putamus ſufficienter de his dictionibus: quæ apud latios ī inicio aſpirātur. Reſtat iā ut de his ī medio aſpiratio/nem retiet per tractemus.

Aha iteriectio e: & ī medio duaꝝ uocaliū aſpiratio/nem detinet. Nam ut aiunt gramatici in ipſe affectus. quæ iteriectiones promuntur: cogit eas iterdum præaſpirari: ut cum dicimus Ha uirgo quo īfœlix. iterdum poteſt aſpirari: ut. Ah. te ne frigora ledant. Nam maior ī fine dictionibus huius ſpiritus exigi uidetur: & maior alterius in pricipio: īterdum iteraſpirari ut Plautus. aha. ohe. Iuue. in ſeptima ſaty. Statur eſt cum dixit Horati. ohe. nam non ad placitum ueræ iteriectiones eſſe uidentur: uelut cætere orationis dictiones ſed naturales potius. Vnde etiam omni ſunt iterdum nationi communes Aſpirantur ergo ī medio aha uah: ohe: q̄p apocopen plærūque proferimus dicentes ah uah. Terentius. Vah conſilium callidum ſimiliter oh.

Abborreo cum aſpiratione poſt ab ſcribitur. Et uniuerſaliter omnes dictiones. quæ in initio aſpirantur ſic cum præpoſitionibus componuntur ſeruāt aſpirationem in medio. ut perhorreo. & ſimiles.

Abhinc ob eandem cauſam in medio aſpiratur.

Adhæreo ex ad & hæreo componitur: & aſpiratio/nem ſeruat in medio.

Ahenum aſpirandum eē ante. e. poſt. a. litteram putauit gellius lib. ii. noctium atticarum ex Fidi multi: nominis Romæ grāmatici auctoritate: qui ei libū æneidos ſecundū mirandæ uetuſtatis oſtēdit emptū uigīti aureis quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat: in quo iſti uerſus cum ita ſcripti forent. Veſtibulū ante ipſum primoq; ī limine pyrrhus Exultat telis & luce coruſcus ahena: additā inqt ſupra uidimus. h. litterā: & ahena factū: ſic in illo quoq; Virgilii uerſu ī optimis īquit libris ſcriptum iueīmus: Aut folii unda tepidi diſpumat aheni cuius ut paꝝ ſupra ait: nulla ratio uiſa ē: niſi ut firmitas uigor uocis: q̄ſi qbuſdā neruis additis ītēderet.

Anhelo ſcribitur ſimiliter per aſpiratiōē ante. e. nā ab alo trahit. & am præpoſitione: quæ non īuenitur niſi incompoſitiōe: & mutatur. m. in. n. alii uolunt ab ad. alii ab ana.

Cohors cō aſpiratione in medio ſcribit: & quidam ſimplicē putant. Quidā ex con & hortor cōpoſitā uolūt: eo q; tribunus illam: uel ipſa ſeſe mutuo frequenter ad pugnam hortari ſoleat.

Cohabito cū aſpiratione in medio ſcribitur: quam ex ſua compoſitione conſeruat.

Cohæreo ſimiliter in medio aſpiratur: quia aſpirationem ex ſua compoſitione non reiicit.

Cohibeo cū aſpiratione ante. i. ſcribit: nā deriuat a con & habeo: ubi abiicitur. n. & ipſum. a. in. i. conuertitur. Nō tamen coerceo cum aſpiratione ſcribit qa arceo: a quo deriuat. illam minime detiet.

Dehinc ob eadē cām aſpiratiōē in medio detiet.

Exhalo aſpiratur in menio: qa ab ex & alo cōponit.

Inhio quia ab hio aſpirato componitur: aſpiratio/nem conſeruat in medio.

Inhibeo ſimili modo aſpirationem mediā ſeruat.

Inhabilis eodem modo ſcribi habet.

Incoho hac ratiōe aſpirat in medio: ut ſecunda. ſ. uocalis per aſpiratiōē auctiore & differenti ſpiritu a prima eiuſdem ſpeciei littera ſonare uideatur: & licet in aliis temporibus & perſonis ſecūda uocalis in aliam cōmutet: tamen ne a principali diſcrepent: aſpirationem conſeruant.

Inchoo cum aſpiratione poſt. c. ſcribendū aſſerunt: alii ab ipſo. c. amouentes: inter duo. o. collocant: ac in coho ſcribunt.

Inhorreo aſpiratur in medio: ut ſupra uidimus. in aborreo.

Lachryma teſte Gellio libro ſecundo noctium atticarum cum aſpiratione poſt. c. ſcribitur: ex eadem ratione: quam diximus in dictione ahenum.

Mihi cū aſpiratione ī medio ſcribit: nec ante aſpiratiōē habet. c. conſonantē: ut ī antiqs marmorum īſcriptionibus Rome aſpeximus: nec ut puto cum ſono eius conſonantis proferebatur: ſed cum ab īſciis qbuſdam cum. c. littera ante aſpiratiōē ſcribi cœptū fuerit: eius litteræ ſonum aſſumpſit: quē etiā ea dictio nūc quoq; recte deſcripta conſeruat: nam tūc quoq; ut ſcribebatur ſic probatā ſine. c. fuiſſe exiſtimo: quod ſimile de nihil & nihilū puto. At nōnūquā a noſtris mi unica ſyllaba abſq; ſeq̄nti aſpirata ſcribitur: & ꝓfertur. Iuue. in ſaty. Omnibus ī terris: Pallidulus mi Brutidius meus ad martis fuit obuius: aram ſimiliter Catullus: Leſbia mi dicit ſemper male. idem alio ī loco Miniſter uetuli puer phalerni inger mi calices amariores. Virgi. Et mi genus ab ioue ſummo. Quod ex græcoꝝ imitatiōe ꝓceſſiſſe puto. qui .oi. ſcribunt & dicūt ita ut diphthongus ipſa oi. i. noſtrum ſit cōuerſa quæ in. æ. conuerti debuit: dici mœ: quod teſte Feſto antiqui noſtri obſeruauerunt dicētes ac ſcribētes mœ cum. œ. diphthōgo ꝓ mi. Vnde in emendatiſſimo gellio circa initiū libri undecimi noctiū atticarum ſcriptum reperi italœ cum. œ. diphthōgo in fine pro itali.

Nihilum cum aſpiratione media ſcribitur: a quo p apocopen extremæ ſyllabæ factū eſt nihil. & p ſyncopam nil. Quibus hoc modo teſte Seruio ſuper .vi. æneidos ī cōſtructiōe utimur. ut ſi pars ſequēs orationis a uocali īcohet dicius nihil. ut Virgilius Heu nihil īuitis fas quenquam fidere diuis: Si autem a cōſonāte initiū ſumat nihil ponimus: ut Iuuenalis: Nil tale expectas: & tamen nil producitur cū nihil corripiatur. Pulchꝝ cū aſpiratione poſt. c. ſcribi conſueuit. q̄q̄ teſte Seruio & Priſciano in dictionibus latinis regulariter poſt eam conſonantē aſpirationis nota nunq̄ ſcribitur.

Præhendo aſpiratur ī medio: ut ſecūda uocalis per aſpirationem auctiore & differenti ſpiritu a pria eiuſdem ſpeciei littera ſonare uideatur. Quod ſi qs quærat cur ī Beem Creem Screē & cæteris huiuſmodi nota aſpirationis non ponitur: reſpondemus ne a prīcipalibus diſcrepare uideātur: nā Beo Creo. Screo aſpiratione carentur. Quare & cætere perſonæ eiuſdem etiam ſpeciei uocales habeāt minime aſpirantur.

Perhoreo in medio aſpiratur: ut ſupra uidimus in dictione ab horreo.

Sepulchꝝ cū aſpiratione media a plærisq; ſcribitur ut pulchrum de quo ſupra uidimus.

Traho cū.t.ſimplici & aſpiratione ante.o. ſcribitur idq; fieri dicūt ut in ſecūda & tertia pſona a uerbo differat Traeo:qđ minime aſpiraſ:& ex trās & eo componiſ:nam quēadmodum tranſpono cū.ns. & tranpono abſq;.ns.ſcribiſ:& trāſduco ac traduco ſimiliter:ita ēt trāſeo & traeo ueteres ꝓtulerūt.

Vehemēs cū aſpiratione media ſcribiſ:& ut aiūt dictum quaſi uehaſ eminēter:alii ob id quoq; aſpirari dicūt:ut augumēto ſpiritus eadē uocales in ea dē dictione proferantur.ut dēphendo diximus.

De aſpiratione terminali.

REſtat ut de terminali aſpiratiōis nota aliqua pertractemus:q̄ ſane in nullis dictionibus latinis reperitur:p̄terq̄ in paucis interiectiōibus:ut Ah Vah Oh:q̄ Priſci.teſte p apocopē ultimæ uocalis proferunt. Quod ſimiliter nec in dictionibus græcis cōperiri libet. at in barbaris q̄buſdam poſt tres mutas termialis habetur uidelicet poſt.c.p.&.t.ut Sadoch Ioſeph. De Ieth. Et hæc de aſpiratione dicta ſufficiant.

Dictionū græcaꝝ & latinaꝝ: q̄ ſcribunt per.h. literam tam in principio medio q̄ in fine orthographia finit. Incipit earum q̄ ab.i.uocali ſcribunt.

IA cum.i.latino ſcribiſ:fuit minor Atlantis filia:de q̄ Home.lib.xiiii.odyſſeæ ait. ΤΗΝ ΔΕΥΙΟΝΥΗΙΑΦΗΝ: eſt etiam interiectio exultans.

Iachus cū.i.latino &.ch.aſpirato ſcribiſ: nomen eſt Bacchi:quod deductū uolunt ab ia:hoc ē eiuſmodi uoce:& χέων hoc ē fundens.quaſi eiuſmodi lætitiæ uoce clameſ. Alii uero cōpōi uolūt ex ἰυοὸς quod eſt uinū p abiectionē ptis diphthōgi & commutationem alia litterarum in.a. uocalem & Χέων quod eſt fundens.

Ialyſus cū.y.græco i pēultīa ſcribiſ:fuit urbs cypri.

Iambus cū.i.latio & ſine aſpiratione ſcribiſ: pes eſt cōſtans ex pria breui & ultīa lōga.ſic quoq; dictus ab inuentore:ut in gloſula quadā Ariſtarchi ſuper Homerum comperi.

Ianira cū.i.latio utrobiq; ſcribiſ.fuit teſte Heſiodo i theogonia Oceani & Tethios filia.

Ianyſus penultima cū.y.græco ſcribiſ fuit teſte Herodoto lib.hiſto.primo urbs i arabia.

Iantha cū.th.aſpirato ſcribiſ:fuit nympha Oceāi & tethyos filia:ut rettulit Heſiodus i theogonia.

Iapyx huius iapygos Pria cū.i.latio i initio: ſequens cū.y.græco ſcribiſ.fuit dedali filius:a quo ea pars Italiæ q̄ calabria dī ipygia dicta fuit.ut dixit Herodo.& Soli.confirmauit. De quo Vir.li.ænei.xi. Victor gargani cōdebat iapygis agris:pro gargani iapygi.ut expoſuit Seruius.nā eo teſte gargāus mōs eſt i iapygia.qui per calabriam uſq; i hadriaticum tendit pelagus.

Ipix cum.i.latio utrobiq;:& ſimili modo declinatur uētus eſt:quē q̄dam ciricū uocāt.Gellius uero cauſum propemodum exiſtiat de quo meminit Lu. lib.vi.cum ait.

Excipit aduerſos zephyros & iapyga pindus.

Iapis cum.i.latino utrobiq; &.ſ. conſonante in fine ſcripto:huius iapidis declinatur:fuit nomē Aetolig ad Venetiæ ptes deueniens oppidum de quo noīe condidit:a quo & ea Venetiæ pars ubi fluuius ē timauus ſimili modo cognominata fuit:ut Virgili. libro georgi.iii.

Caſtella in tumuli & iapidis arua timaui.

Iapetus cū.t.exili ſcribiſ:& habet accentū i pria: fuit teſte Heſiodo i theogonia Titani filius ex aſia conuiuge:ex q̄ ēt Prometheū genuiſſe Epimetheūq; & heſperū atq; Atlantem dixit.

Iaſon cū.i.latio i principio & unico.ſ.ſcribiſ:fuit Aeſonis filius fratris peliæ regis theſſaliæ: quē cū rex Pelias perditum pp iſignem periculoſamq; regno ſuo uirtutem cuperet denunciata militia i colchos cum abire iubet:pellemq; arietis memorabilē gētibus reportare mendat:ſperans iteritum uiri: aut ex periculis tam lōge nauigationis:aut ex bello tā profundæ barbariæ:ut hæc & alia quadrageſimo ſecūdo libro ſue epitomatis ſcripſit Iuſtinus: Diodorus uero ſiculus li.hiſto.v. narrat Iaſonem cum argonautis quo tpe ad colchos delatus fuit:Medeam iuxta littus ubi templum erat ſolis cōperiſſe: q̄ ob ſuam humanitatē a crudelibus parentibus ſub libera cuſtodia expulſam fuiſſe ait:cui cauſa aduētus patefacta ipſa iminēs a patre periculum crudelitatem inhoſpitem explicans ut cauerent admonuit. Interim formi Iaſonis capta & comitato conſilio Medea ſe adiutricem ad perficiendum certamen dropoſitum pollicita eſt.ita ut Iaſon iureiurādo data fide uxorem illam quoad uita ſupſtes eſſet ſibi futuram ſpopōdit.cum qua argonautæ relictis i templo cuſtodibus ad reliqua peragendo ꝓfecti ſunt prout ab ipſo Diodoro late enarratur:& ab Ouidio lib.vi.metamor. Et duodecima heroidum epiſtolarum:quin & ab aliis poetis græcis & latinis:qui argonautica ſcripſerunt reliqua referūtur:& aliqua uidimus i dictione Oeta. Sane i hac dictione Iaſon poniſ illud.i.a poetis: quandoq; uocalis græco more:& quandoq; conſonans ut Ouid. in duobus uerſibus utrunq; obſeruauit:cum ait libro ſeptimo metamor.

Vt ſine amore licet quid enim commiſit Iaſon.
Quem niſi crudelem non tangit Iaſonis ætas.

Nam in primo uerſu eſt.i.uocalis in ſecundo uero conſonans.

Iaſpis cū.i.latino ſcribiſ:lapis eſt præcioſus:de quo Plini.lib.xxxvii.natu.hiſto.ait iaſpis de græco i latiuum uiridis gēma iterprætatur. Et ſubdit: Eius uocabuli compoſitionem: q̄ ad ea inemendate in oībus codicibus ſcripta hadetur:ut nec ego nec alii uiri græcoꝝ doctiſſimi elicere potuerimus. Quare ſubdit.idem Pli. Eſt aūt uiridis ſicut ſmaragdus ſed craſſi coloris. Alii uero putant magis compoſiti ex ioy quod eſt uiola:& πας totus: quaſi totus ſit uiolaceus:cuius primum ideſt nonnunq̄ uocalis ut Iuuena.in quarta ſatyra. Præclara illic laudatur iaſpis. Aliquando autem & conſonans eſſe poteſt & uocalis:ut Virgil.lib.æneidos quarto: Stellatus iaſpide fulua.

Iberus cū.i.latino in initio:& abſq; aſpiratione ſcribiſ:ut clariſſime mōſtrauimus i dictiōe celtiberi: fluuius eſt hiſpaniæ nauigabili cōmertio diues: ut dixerunt Pli.& Solinus:& oriſ i cātabris ſub radicibus mōtis pyrenæi:ut aſſerit Albertus alamānus. a quo uniuerſa hiſpania iberia olim dicta fuit: ut

Vir.li.æneidos.vii.
Tyrrhēoq; boues ī flumīe lauit iberas.i. hiſpāicas.
Tandem in balearicum mare ſub feraria promon
torio cadit.
Iberia abſq; aliqua aſpiratiōe:& cū.i.latino utrobiq;
ſcribīt:dicta eſt hiſpania ab ibero fluuio: ut teſtat
Pli.li.iiii.na.hiſto. Et ēt prouincia q̄dam alia iuxta
pontū inter colchida & armenia:a rege quodā co/
gnominata:de q̄ Horatius.
Heſbaſq; quas colchis atq; iberia mittit Venenoz
ferax.
& Virg.lib.viii.Pictus acu calamydem & ferugine
clarus ibera.
Ibis cū.i.latino utrobiq; ſcribīt:auis est nili flumi/
nis:quā ſemetipſam roſtro p annū purgare dicunt
ueſciq; ſerpentum ouis:& ex eis gratiſſimā eſcam
ſuis nidis reportare Iuue.in ulti.ſaty.
Ille pauet ſaturam ſerpentibus ibin.
Quam q̄dam ciconiā eſſe uolunt. Est ēt Ibis ppriū
nomē hois:quod fingit Oui.inimico ſuo: contra
quē opuſculū:q̄d in ibim īſcribitur:cōpoſuit: uo/
luitq; Archilocum noīe inimici imitari: quod di/
cit his uerſibus.
Nunc quo bitiades inimicum deuouet ibim:
Hoc ego deuoueo atq; tuoſq; modo.
Ibyx ultima cū.y.græco ſcribīt: genus eſt ſilueſtris
capræ pernicitatis admirādæ.ut oſtēdit Pli.li.viii.
natu.hiſtoriæ.
Icarus cū.c.exili ſcribīt:fuit filius Dedali: q cū patre
e creta fugiens frætus alaz fiducia: ultra parentis
iuſſa altius euolaſſet:& ſolis ardore cæra q̄ pennæ
cōtinebanť:liquæfacta eſſet:ita ut ab alis defluerēt
ī mari decidit:q̄d eſt inter myconē & gyaz: quod
de ſuo noīe ab inde icareum mare deductum eſt:
dicente Oui.li.iii.de triſtibus.
Icarus immēſas noīe fecit aquas. Vnde Iuue. Et ma/
re pcuſſum puero fabrūq; ſonantē. Sane Varro te/
ſte Solino icaz cretē dixit ibi naufragio iteriſſe: a
cuius exitu locis nomen impoſitum fuit.
Icarius cū.c.exili &.i.latino ante.u.uocalē ſp ab Ho/
mero:& aliis poetis ſcribīt.fuit Oebali laconum re
gis filius pater Penelopes ut dixit Home.ī odyſſea
κουρη ικαριο πηνελοπεια.& ut puto ex Dorodo/
che filia Orſilachi:quā teſte Homero ī.xv.odiſſeæ
uxorē habuit. Fuitq; liberi patris comes cui ob iu
ſticiā & pietatē loco muneris uinum dedit:ut eius
uſum mortalibus demōſtraret. Quod cū meſſori
bus ſuis ad potādū dediſſet:& illi ebrii efficerenť:
poſt ſomnum ad ſe reducti putātes ab illo uenenū
accæpiſſe eū iteremerunt:q̄d altera filia Erigōe cō
periēs:dolore pcita laqueo ſe ſuſpēdit:ut ignus la/
tiſſime de aſtronomia poetica pertractauit:& Ser/
uius circa finē libri ſecūdi georgicoz tetigit. Est ēt
icarius ſimili ſcriptura:ut Pli.lib.iiii.na.hiſto.atte/
ſtať:mons in attica regione.
Icon cū.i.latio ī initio p abiectionē.e.& .c.exili ſcribi
tur:nam apud græcos prima ei diphthōgum hēt
uidelicet εικον:& latine effigies dī.quin & ſimula/
chrum & imago per unicū.m.& ſtatua.& inde in
cōmunia effigies oī ꝓprietate expſſa dī. Vnde Pli.
li.xxxiiii.natura.hiſto.ait effigies hoīum non ſole
bant exprimi.niſi aliq̄ induſtriæ.cā perpetuitatem
merentium. Et primo ſacroz certaminū uictoria
maximeq; olympiæ:ubi oī q̄ uiciſſet:ſtatuas dica/
ri mos erat. Eoz uero qui ter ibi uiciſſent:ex mem
bris ipſorum ſimilitudine expſſa:quas iconas uo/
cāt. Et parum ſupradixerat:Romæ ſimulachrum
ex ære factū primū reperio:ex peculio Spurii Caſ/
ſii:quē regnum affectantem pater ipſius intereme/
rat. Tranſiit a diis ad hoīum ſtatuas atq; imagines
quas multis modis antiqui tingebant: bitumine:
& quod magis mirū eſt placuiſſe auro ītegere:hoc
neſcio an fuerit romanum iuentum: certe ēt Ro/
me non habet uetuſtatem. Et iſra ſubdit: Athenīē
ſes neſcio an primi oīum Harmodio & Ariſtogi/
toni tyrannicidis publice poſuerunt ſtatuas. Hoc
aūt ex eodem anno quo & reges Romæ pulſi:exce
pta deīde res eſt a toto orbe terrarū humaniſſima
ambitione ēt oīum municipiorum:& fori ſtatuæ
ornamentum eſſe cœpere: prorogariq; memoria
hoīum & honores legi & baſibus īſcribi:& ī ſepul
chris tantū legerenť:mox & in domibus priuatis
factum atq; ī atriis colentium. q̄ iſtituerunt ſic co/
lere patronos:togata effigie antiqtus ſtatuæ dica/
banť. Placuere & unde tenētes haſtam ab epheſio/
rum gymnaſiis exēplaribus:quas Achilleas uocāt
Græcis mos eſt nihil uelare:ac cōtra romani mili/
tia thoracas addere. Cæſar quidem dictator lorica
tam ſibi dicare ī foro ſuo paſſus eſt. Nam nuper fa
ctæ & nouiciæ ſunt q̄ nuper prodiere penulis idu/
tæ. Fuiſſe ſtatuatricē artem familiarē italiæ: ut in
quit Pli. ſimulachra uetuſta īdueāt. Hercules ī fo/
ro boario ab Euandro ſacratus:ut prodūt:q triū/
phalis uocať:atq; per triumphum ueſtiť ī habitu
triumphali. Præterea ianus geminus a Numa re/
ge dicatus:q pacis belliq; argumento colitur:ſigna
quoq; tuſcania p terras diſperſa:q̄ ī hetruriæ facti/
tata ſunt. Et ut idem Plinius ī eodem libro ſcripſit.
Rhodi etiam nunc tria milia ſignorum eē Mutia
nus tertio cos prodidit: nec pauciora Athenis.&
lympiæ delphis ſupereſſe creduntť. Est ēt icō figu/
ra teſte Cicerone ad Herēnium cū formæ ad for/
mam cum quadam ſimilitudine fit collocatio aut
laudis:aut uituperationis cā ut ibat ī p̄lium corpe
tauri ualidiſſimi:īpetu leōis accerrimi: ſimilis iſte
quotidie per forum tanq̄ iubatus draco ſerpit den
tibus aduncis.
Icus cū.c.exili ſequente.u.ſcribīť a Cicerone ī rheto/
ricis breuis cōplexio appellatur.
Icterictus abſq; aliq̄ aſpiratiōe &.i.latio ſcribīť: paſ/
ſio eſt ex diffuſione fellis procedens colorem īdu/
cens ſimilē aīali:quod græci icterim uocāt:ex quo
nomē apud illos aſſumpſit:nōnulli uero ex noſtris
arcuatū morbum dixerūt. ſimilitudine arcus cæ/
leſtis. At Varro auriginoſum ab auri colore quo/
infirmos inficit appellauit Iuue. tamē in ſaty. Cre/
do pudicitiam græco uocabulo uſus eſt cum ait:
Conſulit ictericæ lento de funere matris.
Ichthyophagi:prima cū.i.latino in initio: ſequente
.ch.aſpirato:ſecunda cum .th.ſimiliter aſpirato: &
.y.græco ſcribīť:populi ſunt Solino teſte. qui mē/
tanas īdorum regiones īhabitāt:quos ſubactos ma
gnus Alexander iuſſit a piſcibus abſtinere: quibus
antea alebantur. Nam compoſita dictio eſt ex ich/

εικον/ effigies

thys quod est piscis:& phago cũ.ph.aspirato:qđ est comedo.

Ida cum.i.latino & absq; aspiratione scribitur: mõs est & silua troianorum in phrygia: quam Home. libro octauo iliados ferarum parentem dixit:& locũ continere quod gargaron uocant. Vnde etiam scamander & simois flumina maiora fama q̃ natura defluũt:ut scripsit Pomponius li.i. & etiam eodem nomine mons alius in creta: dicente Ouidio libro fastorum quinto.Et creta nobilis ida Virgil. similiter libro æneidos secundo inquit: Mos idæus ubi:unde quæ ab ida per eus formãt:p.æ.diphthongum scribuntur:ut idæus.

Idæus per.æ.diphthongum scribitur:& non solum appellatiuum:sed proprium etiam nomen ponitur ab Homero libro.vii.iliados quem troianoꝝ præconem esse dixit.

Idas huius idæ cum.i.latino scribitur:fuit teste Homero libro nono iliados oĩum sui sæculi uirorum formosissimus:& maritus Marpissæ:ut i ea dictione uidebimus:idẽ eodẽ Home.teste arcu sagitisq; sumptis Apollinem iuadere ausus est: ob Marpissam sibi adeo ereptam.

Idalius cum.i.latino & unico.l.scribitur: mons est in cypro Veneri sacer:de quo Virgilius libro æneidos primo aut sup idaliũ sacrata sede recõdam.

Idathyrsus penultima cum.th.aspirato &.y. græco scribitur:q̃q̃ nõnulli græci indathyrsus cũ.n.i prima scribere consueuerunt:fuit teste Herodoto & Plutarcho scytharum rex.

Idios cũ.i.latino utrobiq; scribitur:& dicit a nostris proprius.

Idiota cũ.i.latino utrobiq;:&.t.exili scribit:dici põt a nostris illitteratus:uel litterarum ignarus: Quo uerbo doctissimi uiri:ut Hieronymus: Ambrosius:Hilaris Augustĩus Cypriãus & plures alii sæpe utuntur:Cicero etiã in Pisonem. Sed plane animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet.Et i eadem ea contentus quæ illi idiotæ ut tu appellas præclare dixerunt hinc idomata:ut arõata: ut theãta: ut peristromata:ut emblemata:ut theoremata:& alia mille similiter prouenerunt.

Idolũ cũ unico.l.scribit:nã licet apd̃ græcos i initio sit ei diphthongus:nos tamẽ abiicimus.e.& ipm.i lõgũ retinemus:& dici põt a nostris simulachrum. Et ide idolatria quasi simulacroꝝ cultura.

Idolatria cum unico.i.&.t.exili atq;.i.latino scribit: dictio est composita ex idoloꝝ latria.i. cultura nã λατρεῦν uerbum a quo latria deducitur: apud nos colo interpretatur. λατρεύω colo

Idothea cũ.th.aspirato scribit:fuit Præti regis argiuorum filia ut ostendit Home.in odyssea.

Idomeneus cum.e.absq; diphthongo scribitur:fuit Deucaliõis filius & Erctẽsum rex:qui strenue i expeditione troiana militauit:imo ut narrat Helena Priãm Regi apud Homerum libro tertio iliados cretẽses illũ ut deũ in honore habebãt: idem cum post euersam troiam ad cretam reuerteret ut rettulit Seruius sup tertium æneidos orta tempestate uouit rem:cui primo in patria obuiaret se sacrificaturum:itaq; sospes reuersus cũ primum filio obuiasset:illũ ut aliqui asserũt imolauit: uel ut alii ferunt:cum imolare uellet:a ciuibus obeam sæuiciam pulsus calabryã aduenies salentinũ calabryæ promontorium occupauit:super quo petiliã paruam condidit ciuitatem:dicente Virgilio.

Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis.
Idomenea ducem desertaq; littora cretæ.

Et subdit in oratiõe heleni ad Aeneã. Et salẽtinos obsedit milite cãpos lyctius idomeneus: dictus ita que Lyctius a lycto ciuitate cretæ.Vnde teste Seruio pulsus fuit:de quo i dictione lyctus uidebius: sub eodẽ militasse se scribit apd̃ troiã ditis cretẽsis.

Idumæa cũ unico.m.&.æ.diphthõgo a græcis scribitur:regio ẽ i Syria teste Pli.li.v.natura.histo.a meridie qdẽ cõtermia arabiæ:a septẽtriõe uero phœniciæ:a q̃ libãus eã diuidit:hẽtq; ciuitatẽ idumen phœnicæ cõterminã:& abũdãtẽ palmis ut ostẽdit. Luca.li.iii.dicẽs.Et arbusto palmaꝝ diues idume. Vnde idumæus idumæa idumæũ: ẽt ꝑ epitheto palmaꝝ ponit a Virgil.tertio georgicoꝝ cum ait. primus idumæas referam tibi mantua palmas.

Quin & regionem ipsam ab eo quoq; græco nomine phœniciã cognominatã puto:uel ecõtrario.

Idume cum unico.m.scribitur ciuitas est contermina phœniciæ:ut in p̃cedenti dictione uidimus.

Ies cum.e.absq; diphthõgo scribit:ciuitas ẽ achaiæ sup ꝑmõtorio eiusdẽ nominis: iuxta qđ alpheus amnis ꝑterfluens sex millibus passuũ nauigat. Et declinat i genitiuo huius ietis:ex q̃ ẽt patriũ ietes deducit:ut Home.Aristotiles ietẽ ẽ putauit.

Iesus absq; aliqua aspiratione:& cum.i.latino i principio scribit:sic enim græce scribit:ιησουσ quam sane scripturam nos imitari oportet. ιησοῦς

Ielysos pẽultia cũ.y.græco scribit:ponit ab Homero li.iliados secundo:ciuitas Rhodi. Altera eiusdẽ nois narrat ad Herodoto i dorica regiõe græciæ.

Iyrcæ prima cũ.i.latio:secũda cũ.y.græco: & ultia cũ.c.exili atq;.æ.diphthõgo scribitur:populi sunt scythiæ ultra thissagetas:quibus teste Herodoto lib.hist.iiii.contermini sunt & proping.

Ilarus cũ.i.latino:& absq; aspiratione:atq; unico.l.a græcis scribit:quæ scriptura & a doctis nostris obseruatur:& dici potest a nobis ilarus ilara ilarum: & hic & hæc ilaris & hoc ilare lætus.

Illyris cũ duplicato.l.sequẽte.y.græco & ultia cũ.i. latino a græcis iam scribit.Nostri uero ut in triũphalibus.M.Plautii apud Thybur comperi cum unico.l.scribebãt:uidelicet ob res i ilyrico bene gestas.Et est prouicia:cuius fines latissimi sunt. Nã hic ẽ Italia supiorq; germina:ide macedonia thracia & epirus:hic sinus adriaticus ide fluuioꝝ maximus nri orbis danubius:& abeo qđ ẽ illyris:illiricus:deriuat:ut Vir.illiricos penetrare sinus.

Ilus cum.i.latino absq; aspiratiõe & unico.l.scribit fuit Troi regis dardãiæ filius:qeã ꝑuicia a se Troiã dixerat:& fuit frater assaraci:hic patruo i regno sucedẽs:ciuitatẽ ampliasse scribit q̃ a se iliõ dixit.

Ilion similiter cũ.i.latino absq; aspiratiõe scribitur: regia fuit Priami:quæ & Troia a noĩe regionis cognominata fuit:ab Homero & oĩbus poetis cantatissima.Hæc teste Pli.lib.v.natu.histo. mille gn gentis passibus a portu remota erat:& subdit.Oĩs rerum claritas extra sinum est.

Ilias cū unico.l.& .i.latino utrobiq; ſcribit: opus eſt illud clariſſimū homeri:i quo bellū de ilio ſcripſit Vnde Ouid.lib.tertio de arte amādi. Quis noſſet homez ilias æternum ſi latuiſſet opus.

Ilioneus ſimiliter ſcribitur: & iliōe maxima natax Priami & iliades crinibus ſparſis atq; iliacas ex ordíe pugnas:ilia ſimiliter Romuli mr & Remi.

Ilba cū.i.latino ſcribitur:iſula eſt teſte Virgilio lib. æneidos decimo:i exauſtis calybū generoſa metallis.Eſtq; i mari tuſco a continenti diſtans decem millibus paſſuum:de qua dixit Plinius cum in aliis regiōibus effoſſis metallis terræ ſunt uacuæ ap ilbam hoc eſſe mirum:quod ſublata renaſcantur & rurſum de iſdem locis effodiantur.

Ilys ultima cū.y.græco ſcribitur dr a noſtris limus. Vnde limax deducitur.

Imber cum.i.latino & ſine aſpiratione ſcribitur:deductūq; eſt a græco p cōmutationē unius litteræ .o.in.i.noſtrū:nam apud illos dicit οὐμβρος ſine aliq; aſpiratione:& ut ait Lucretius.Omnia ex igni terra atq; anima naſcunt & imbre:a quo imbrices dici uolunt quaſi ſint imbrē recipientes.

Inarime cum.i.latino utrobiq; & unico.m.ſcribitur dicitur a noſtris poetis inſula quæſita eſt in tuſco mari ſinuq; cāpano:i quo mons erat iſtar ætnæ incendia eructans:de quo i dictione pchyta uidebimus.Quāobrem dixerūt Typhœnum gigantē iouis imperio ſub illo comprimi.Virg.li.æneid. nono. Tū ſonitu pchyta alta tremit:durūq; cubile in arime Iouis iperiis impoſita typhœo.Et Lucanus ſimiliter libro quito:homerus uero i ſecundo iliados ait ἔνναρι μοις quaſi diceret uta græcis cōponitur ενναρι μοις:hoc eſt inarmis montibus ορεσι.

Inachus cū.ch.aſpirato ſcribitur fuit pater Iouis & primus q apud argiuos regnauit: cui Phoreneus ſucceſſit.Hic a ſe fluuiū achaiæ iachū nominauit: qui argolicum perſecat tractum:& ab iacho iachius chia chium deriuatur:dicente Virgilio libro georgicox tertio:iachiæ iuno peſtem meditata iuuēcæ.Et libro undecimo æneidos.Vltro inachias uenisſe ad urbes dardanus.

Inachis cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:patronymicū eſt fœmininum deductum ab inacho nā ſic quoq; in filia inachi cognomiatur:& facit i genitiuo inachidos Martia.in.xi. Nec petit iachidos limina ne futuat.

Idathyrſus cū.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:fuit rex ſcytarum:filius Saulì ſcytharum regis.

India cū.i.latino utrobiq; ſcribitur: regio eſt orientalis aſiæ terminus:quæ ut omnes atteſtant ab indo flumine nomen aſſumpſit:itaq; ab oriente iciens uſq; ad aſiam ex occidentali parte protendit ex merediana uero uſq; ad indicum mare:ex ſeptē trione uero uſq; ad caucaſum:at indus ille fluuius teſte Herodoto lib.hiſtoriax quarto ſolus poſt nilum cocrodilos producit.

Intyba cum.t.exili &.y.græco in penultima ſcribit herba eſt capilloſa & amara:cuius tenues capilli ſegetes ambiūt & necāt:dicēte Vir.li.georg.primo. Strymoniæq; grues & amaris intyba fibris. Et ut quidam uolūt eadem dicitur cicorea: quod nobis minime uidetur.

Ino cum.i.latino abſq; aſpiratione ſcribit:fuit Cadmi filia ex Harmiōe cōiuge:uxorq; Athamātis regis thebax:& liberi patris nutrix:nouercaq; Phryxi & helles eadē cū Melicerta filio i mare pcipitē ſe dedit:ut narrauit Ouid.libro metamor.iiii. eadē teſte Cicerone de natura deox a græcis dr Λευκοθεα: hoc eſt alba dea a:nobis uero Matuta: q̄ aurorā ſignificat:unde matutinus Priſcianus teſte deriuat.

Inclytus prima cum.i.latio:penultima cum.y.græco:abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: deducitur q; ακλύτος quod almum & clarum indicat: quaſi nobilis ſit & eximius. Κλύτος Almus

Intaphernes cum.t.exili ſcribitur: fuit nobilis perſa:unus ex his qui cum dario in magum coniuraverunt ut in dictione darius uidimus.

Io cū.i.latino ſcribitur:fuit inachi argiuox regis filia a Ioue ardenter amata:de q̄ Ouidius metamorphoſeos primo omnia pertractauit. Hæc cum ad ægyptios pergeret dicta fuit iſis & Oſiri Iouis filio q poſt mortē dictus fuit Apis nupſit:ut i dictione Oſiris uidimus:& declinatur i genitiuo huius ionis & huic ioni:& hanc Ionem.Plautus in uidularia.Quod ſi argus ſeruet qui oculeus totus fuit: quē quandam ioni iuno cuſtodem addidit:

Ion ſimiliter ſcribitur:fuit poeta græcus:de quo ſæpe meminit Plutarchus:& latine iterptat uiola.

Iocaſta abſq; aliqua aſpiratione ſcribit:fuit creontis thebāi ex alto ſanguie filia:ut ſæpius Statius i thebaide:& Seneca in tragœdiis oſtenderūt:nupſitq; primū Laio thebanox regi.Poſt cuius necē nupſit Oedipo incognito filio:quē poſtq̄ regnum abiecisſe uidit:& filios Etheoclē & polynicē mutuis uulneribus ſe cōfixiſſe:gladio ſe pemit: uel ut alii dicunt laqueo ſe ſuſpendit:Eadē habuit fratrem Creontem nomine:ut oſtendit Seneca i initio ſecundi actus Oedipi.

Iocaſtus eodē mō ſcribitur:fuit teſte Homero lib. xi.odyſſeæ filius Oeoli ex Lepatra coniuge.

Ionia cum.i.latino utrobiq; ſcribitur: græcox eſt regio:atq; colonia i extremitate minoris aſiæ uerſus nos:media ut ſcribit Pomponius inter cariam æoliā:q̄ a caria ut ait Solinus Mæander fluuius diuidit:accæpitq; nomen teſte uitruuio libro q̄rto de architectura a duce iōio:nā ut ait poſtea q̄ athenieſes ex reſpōſit Apollinis delphici communi totius hellados cōſilio treſdecim colonias uno tēpore i aſiam deduxerunt:duceſq; in ſingulis colōiis cōſtituerunt:& ſummam iperii poteſtatē iuno dederunt:quem etiam Apollo delphicus ſuum filiū i reſpōſis eſt profeſſus:iſq; eas colonias in Aſiam deduxit:& cariæ fines occupauit: ibiq; ciuitates ampliſſimas cōſtituit epheſum: militū: myātha: q̄ ut ait olim ab aq̄ uorata fuit:proenē ſanniteon: colophōa:chiū:erythras:phacæa:clazōene:glepede milite:& ultimo uenit ſmyrnā:nam & ſubdit idē auctor eā terræ regionē a duce ſuo iono appellarunt ioniam:ibiq; deorum immortaliū templa conſtituētes cœperūt phana ædificare.Et prīo appollini Pan ionio ædem uti uiderant in achaia cōſtituerūt:& eam doricam appollarūt:quod i dori cō ciuitatibus primum factam eo genere uiderūt nōnulli uero alii ab ioue iachi filia hoc mare ioni

cum cognominatum uolũt:quæ uersa in bouem: & iunone œstro exagitata in id mare se iecit:poni/ tur etiam alia ioniæ regio a Solino in extremis ita liæ:quam sic quoq; dictã dixit ab Ione Naulochi filiam:quam procaciter insidentem uiis Hercules iteremit:a qua quidẽ regiũcula ionicũ mare dictũ quidam uolũt. Alii uero a superiori ionia eo q; in/ teriacentes insulas intra se duodecĩ ciuitates habẽ/ tes contineat:& hoc ionium magnũ dici uolũt: ut Virgilius lib. æneid. tertio: insulæ ionio in magno. Quod uero Italiæ & Siciliæ propinquũ est ioniũ minus cognominari contendunt. Seruius autem super id Virgilii ionio in magno inquit:ionium si num est immẽsum ab ionia usq; ad Siciliã & eius partes eẽ adriaticum arcadicumq; & epiroticũ.

Iole cũ unico. l. scribitur:fuit filia Euriti regis œcha liæ:ut in dictiõe œchalia ostendimus:& in dictio/ ne hyllus uidimus:q̃liter post mortẽ Herculis ex eius iussu Hillus uxorem illam duxit.

Iopas cũ. i. latino & unico. p. scribit:fuit aphroq; rex unus de ꝓcis Didonis:ut punica testat historia.

Ioppe cũ. i. latino & duplici. p. scribit:urbs ẽ maritia palæstinæ:q̃ ut quidam uolunt regia fuit Cephei patris Andromadæ:hæc referẽte Solino i colecta/ neis:& Plinio libro quinto naturalis historiæ:fuit antiqssima omnium urbium i toto orbe: utpote ante inũdatiõem terrarum cõdita. Qui & ostẽdit saxum:quod uinculorum Andromadæ uestigia adhuc retinent:quã expositã bæluæ ut ait Solinus nõ irritus amor circũtulit. Nõnulli uero alii non ioppẽ palestinæ:sed aliam idiæ urbẽ fuisse dicunt: ubi Andromada marinæ bæluæ fuit exposita: cũ dicat Ouidius li. i. de arte amãdi:Perseus andrõadẽ nigris portauit ab idis. Et Sapho ad Phaonẽ.

Cãdida si nõ sum placuit cepheia perseo.
Andromade patriæ fusca colore suæ.
Ego uero etsi ex ethiopiæ idicæ partibus illã fuis/ se cõfitear ad ioppẽ tamẽ palæstinæ deductã existi mo:cum bæluæ exponenda fuit.

Iota cũ. t. exili scribitur:nomẽ ẽ litteræ græcæ quæ formam habet nostri. i. latini:de qua Mart. in fine libri secũdi inquit. Vnum de titulo tollere iota po tes:de quo in dictione beta.

Iphe fuit teste Homero i decimo odysseæ filia Aeo li ex Lepatra coniuge.

Iphinassa cũ. i. latino utrobiq; & duplicato. s. scribit fuit una ex filiabus Prœti argiuoq; regis q̃ post li/ berationem suam & sororum nupsit Melampo li beratori:ut uidebĩus i dictione prœtus:fuit & alia eiusdẽ nominis Agamemnonis ex Clytemnestra filia:ut libro iliados nono mõstrauit Homerus.

Iphis cũ. i. latino utrobiq; scribit:fuit teste Homero libro iliados nono Patrocli amica:quam Achilles euersa urbe ischyro quæ troianis auxilia miserat: inde raptam amico donauit.

Iphicrates cum. i. latio &. c. &. t. exilibus scribitur:fu it teste Aemilio Probo:& Plutarcho:uir athenien sis:nõ tã magnitudine reꝝ gestarum q̃ disciplina militari nobilitatus:talis eni dux fuit ut non solũ ætatis suæ cũ primis compararetur:sed ne de ma/ioribus quidam natu qbusdam anteponeret: mul tũ i bello est uersatus:exercitibus:ꝑfuit:nũquã sua culpa male rem gessit:semper cõsilio uicit:tantũq; eo ualuit:ut multa in re militari partim noua attu lerit:partim meliora fecerit.

Iphidamas cũ. i. latino scribitur:fuit teste Homero libro. xi. iliados:Antẽoris filius corpore lato atq; p cero:qui ab Agamẽnõe iterẽptus fuit bello troiãno.

Iphigenia cũ. i. latio tribus i locis:&. ph. aspirato scri bit:fuit Agamẽnonis filia ex Clytemnestra. hanc ut poetæ ferũt dum Agamẽnon i aulide famosis/ simo portu Boetiæ ceruã Dianæ ignarus occidis/ set:& ob id Diana a græcis uẽtos abstulisset:respõ/ so habito:ut Agamemnonio sanguine dea placare tur:impetratam Vlyxis Astua matre Clytẽnestra sub colore facti marrimonii cõ Achille immolare parabãt:sed miseratione numinis: oblata a Diana pro ea cerua:iphigeniam in tauricã regionẽ uentis deportauit:ubi operante dea a rege Thoãte eius sa cris ꝓposita fuit:q̃ ipi Diãæ ex hũano sanguĩe fieri cõsueuerãt:unde ait Chorus apd Senecã i octauia.

Leues auræ zephyriq; leues
Tectam quondam nube ætherea.
Qui uexistis raptam sæuæ.
Virginis aræ iphigeniam.

Post hæc ut dixit Oui. lib. quarto de tristibus epi/ stola q̃rta. Orestes iphigeniæ frater mactata Clytẽ nestra matre:& Aegistho patruele adultero ob ul/ tionẽ patris factus exul:& regno passus:ac rapta si/ bi a. Pyrtho Hermione cõiuge isanus efficitur:ob quod liberandus a Pylade socio i tauricã regiõem ad aram Dianæ deducit:sed cũ gentes ille alienige nas pro hostiis Dianæ immolãdis capere cõsueue/ rint Orestẽ tunc ipsum forte aduenientẽ cæperũt. Qui a sorore iphigenia cognitus: occiso Thoante Rege ipsa Dianæ simulachrum abscõditum in fa/ sce ligno. q. sustulit:atq; cũ fratre Oreste aufugit: q tandẽ ad italiã ueniẽtes i aricia simulachrum loca/ uere unde & teste Hero. li. histo. iiii. iphigẽia ipa de inde apud tauricos ꝓ dea habita & honorata fuit.

Iphthime cũ. ph. &. th. aspiratis atq; i. latino scribit: fuit teste Home. in odyssea una ex filiis icari.

Ipidamus cum. i. latino trobiq; scribitur: fuit teste Orpheo unus ex argonautis.

Iphiclus cum. i. latino &. c. exili scribitur: fuit filius Amphitrionis:& frater Herculis habuitq; filiũ no mine iolaum:ut ostendit Hesiodus in aspida.

Iphitus cũ. i. latino &. t. exili scribitur:fuit teste Ho/ mero libro octauo illiados:uir troiãus quẽ Virgi/ lius libro æneidos. ii. maximũ armis dixit huius fi lius Archeptolemus fuit auriga hectoris:post mor tem Eniphei prioris aurigæ.

Iris cũ. i. latio utrobiq; scribit:dicit a poetis iunonis nuntia: immo & iouis:ut sæpissime ostendit Ho/ merus:hanc libro. xi. iliados dixit idem Homerus habere alias ex auro & pedes ex aura & ut Seruius supet quitũ æneidos:ex magna parte Seruatur. ut Mercurius ad concordiam:Iris ad discordiã mitta tur. Vnde græce dicitur ερις:quæ lis est:& discor/ dia dici uoluit:accipiturq; pro arcu:quẽ uariis co/ loribus in cælo cõspicimus: ob hoc dicitur thau/ mãtis. i. admirationis filia:q̃ ex illius uariis colori/ bus nascit:nã θαυμα græce latinæ admiratio inter ꝓtat. Est etiã iris teste Plinio libro. xxi. naturalis

θαυμα admiratio

hiſtoriæ:herba ſuauiſſimi odoris eius radicem in unguẽtis & medicinis cõmendari dixit laudatiſſima i illyrico locis ſilueſtribus:habetq; caulẽ cubitalẽ & rectum:floremq; diuerſi coloris ſpecie ſicut arcus cæleſtis:unde nomen aſſumpſit.

Irõia cũ.i.latio utrobiq; ſcribit:eius tamẽ pria apud græcos eſt ei diphthongus:ſed qdã abiiciũt e & retinent.i.productam:alii cõtra abiiciũt.i. & retinẽt e ſimpliciter productã:ac ſcribũt eroniã:nam deriuat abẽιρω:qđ eſt dico:& inde ειρωνεομαι in uoce paſſiui:qđ eſt cauillor:unde ironiã illuſionẽ iterp̃tati ſuerunt:nã figura eſt:cum aliquid p contrarium & illuſionẽ effertur:ut Horatius.

εἰρω Dico

Optat ephippia bos piger optat arare caballus.

Vnde teſte Seruio:Tũc quoq; fit:cũ aliud uerba:& aliud continet ſenſus:ut Vir.lib.iiii.æneid.

Egregiã uero laudẽ:& ſpolia ampla refertis, Tuq; puerq; tuus magnũ & memorabile nomen.

Iſchyros prima cũ.i.latino:ſequẽs cum.ch. aſpirato & .y. græco ſcribit:& latine fortis iterp̃tatur:nã deſcendit abἰσχύω:quod eſt præualeo:habetq; accẽtum in prima.

ἰσχυω Prualeo

Iſagoge cum.i.latino & unico.ſ.ſcribit:q̃q̃ in initio apud græcos ſit ei diphthongus:ſed a noſtris abiecto.e.retinetur.i.longa:& dici poteſt introductio. Nã componitur exἀισ:quod eſt:& ἀγω duco Vnde ἀγωγὴ ductio.

ἀγω Duco
ἀγωγὴ Ductio

Iſæus cũ.i.latino & .æ.diphthongo ſcribit a græcis. Hic teſte Libano ſophiſta græco fuit Romæ tpe Domiciani declamator admirãdus:de hoc memimit Quint.lib.xii.de inſtitutione oratoria: quũ de genere dicẽdi pertractãs ait:Trãſeo plurimos Lycurgum Ariſtogitona & his priores iſæum Antiphõtem:quos ut homines inter ſe genere ſimiles differẽtes dixeris ſpecie.Iuuẽalis ẽt i tertia ſatyra cũ ait de græculis: Ingeniũ uelox audatia pdita ſermo Prõptus & iſæo torrẽtior:ede qd illũ Eſſe putes:hũc ẽt Plinius nepos:q eiſdem tẽporibus fuit: Plurimum laudat in quadam epiſtola inquiens: magna Iſæũ fama p̃ceſſerat maior:iuẽtus eſt: ſumma eſt facultas:copia:ubertas:dicit ſemper extempore:ſed tanquam ſcripſerit diu ſermo græcus immo atticus:præfationes terſæ graciles dulces: graues interdum & erectæ:poſcit controuerſias plures:electionem auditoribus permittit:ſæpe ẽt partis ſurgit:iam igitur incipit ſtatim omnia ac pene pariter ad manũ ſenſus reconditi occurſant uerba: ſed qualia quæſita & exculta multa lectio:in ſubitis multa ſcriptio elucet: prœmiatur apte:narrat apte:pugnat acriter:colligit fortiter: ornat excelſe poſtremo docet:delectat:afficit:qđ maxime dubites crebra enthymemata ſyllogiſmi circũſcripti & effecti:quod ſtilo quoq; aſſequi magnum eſt: ſcredibilis memoria:repetit altius:quæ dixit ex tempore:ne uerbo quidem labitur ad tantam φρόσιν ſtudio:& exercitatiõe peruenit:nã diebus & noctibus nihil aliud agit:nihil audit:nihil loqtur annũ ſexageſimũ exceſſit:& adhuc ſcolaticus tantũ eſt quo genere hominũ nihil ait ſincerius:aut ſimplicius aut melius:nos uero qui i foro ueriſq; litibus terimur multũ maliciæ:q̃uis uolimus addiſcimus ſchola & auditoriũ fincta cã:res ſermis: nec inoxia eſt nec minus fœlix ſenibus p̃ſertim nam:q̃d inſenectute fœlicius: q̃ qđ dulciſſimũ eſt i iuuẽta Quare ego Iſæum non diſſertiſſimũ tantũ: uerumetiã beatiſſimũ iudico.hæc de illo Plinius p̃fatus ſcripſit. At uero cõtra uel ex iuidia: uel ex alia quauis cauſa Quintilianus lib.x.de inſtitutione oratoria dixiſſe uidet:cũ ait declamatores quoſdam puerſa ducit ambitio:ut expoſita cõtrouerſia protinus dicere uelint:quum etiam quod eſt in primis friuolum ac ſcenicum uerbum petãt: quo incipiant:ſed tam contumelioſos in re ridet inuicem eloquentia:& qui ſtulti eruditis uidentur.

Iſandrus cũ.i.latio ſcribit:fuit filius Bellorophõtis.

Is per.i.latinum ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo urbs a babylone diſtãs itinere dierum.viii.apud quã fluuius eſt nõ magnus:is ſimiliter cognominatus:q bitumẽ ut ait ſtructuræ: totius babylonius ſubminiſtrauit.

Iſis p.i.latinum utrobiq; ſcribit:fuit filia inachi argiuoq; regis dicta primo io:ut in ea dictiõe uidius de qua latius uidebimus in dictiõe oſiris:& declinat gẽitiuo iſidis & iſis:ſicut Paridis & paris Iuue. i ſatyra Credo pudicitiã:ut ſpargat i ædem iſidis. antiquo q̃ proxima ſurgit ouili.idem & in ea q̃ incipit Scire uelim:Nuper enim repeto phanum iſidis:ſed q; etiam faciat huius iſis oſtẽdũt poetæ cũponũt in accuſatiuo iſim.Lucanum circa finem libri.viii.Nos i templa tuã romana recæpimus iſim niſi dicamus eiuſmodi genitiuum nõ ſemper accuſatiui regulam ſequi:ut tybridis thybrim.

Iſidorus abſq; aſpiratione:& per.i.latinũ ubiq; ſcribit:Habetq; accentũ in penultima: ut uidebimus in dictiõe proſodia:nomẽ eſt uiri proprium:quod multi peruerſæ ſcribunt inter quos Apuleius grãmaticus alias p̃ſtantiſſimus aſpirari uoluit:quod i ter græcos nunq̃ emendate comperit.

Iſion cum.i.latino ſcribit:fuit filius Phlegyæ:& pater cẽtaurorũ:de quo uidimus i dictiõe cẽtaurus.

Iſmenius cum.i.latino ſcribit:fluuius eſt boetiæ:ſic quoq; cognominatus teſte Diodoro libro hiſtoriarum.v.ab iſmeno filio Pelaſgi.

Iſter abſq; aliqua aſpiratiõe:& p.i.latinũ i initio ſcribit:ẽ maximus fluuioq; europe:alio noie uocatus danubius.ut Oui.li.i.de ponto.Ripæ uicina binominis iſtri.Orit teſte Pli.lib.iiii.natu.hiſto.in germania iugis mõtis noriæ:ex aduerſo oppidi gallorũ Scauri.q uerſus ſeptentrionẽ p inumeras lapſus gẽtes imẽſo aquaq; auctu.a ſiniſtris germanos liquẽs & a deſtris teutonicos:cũ primũ i illyricũ uenit.mutato noie iſtes dicitur: & longiſſimo peracto curſu ſeptemq; diuiſis hoſtiis ſecundũ Solinũ uel ſex ſecundum Pliniũ i mare ponticũ defluit ut late p̃fati auctores executi ſunt.& Ariſtoteles li.ii. meteoroq; ait ſingula ora tãta eſſe:ut i ſexagita milia paſſuum longitudinis mare uincant.

Iſtria abſq; aliqua aſpiratiõe:& per.i.latinũ utrobiq; ſcribit:põitur locus ab Herodoto libro hiſtoriaq; .ii.iuxta põtũ:ad hoſtia iſtri:quẽ icolere dixit mileſioq; colonos:& ab iſtria abſq; aſpiratione deducitur teſte Põpeio hiſtrio:q̃ apud nos aſpirat:ut in ea dictione uidimus.

Iſthmos cum.th.aſpirato ſcribit:dicitur hoc nomi

ne ea terræ ſtrictura:quæ inter duo maria cõcluſa iter porrigit ad cheroneſum:dicente Ouid.ĩ quar to epiſtolaꝝ heroidũ:Aequora bĩa ſuis oppugnãt fluctibus iſthmon.Et tenuis tellus audit utrunq; mare:idem in octaua.Qua duo porrectus lõge fre ta detinẽt iſthmos Vecta peregrinis Hippodomia rotis.Et Lucãus li.i.Gracilis mare ſeparat iſthmos ſuntq; duo celebres achaicus: ſuper quo fuit urbs Corithi:& thracius ſup quo teſte Pli.lib.iiii.natu ralis hiſtoriæ.Cardia ſimiliter ciuitas fuit.

Iſmarus abſq; aſpiratiõe & unico.r. ſcribit: mons ẽ thraciæ teſte Seruio ſup decimũ æneidos:& ĩ bu colico:& ut refert Vibius in quadã ſui parte aſper rimus ẽ & icultus:ĩ reſiduo uero fertilis uinetis & oliuis.Quin etiam clariſſimus eſt Orphei icolatu & inde iſmarius: ut Ouidius in prima epiſtolaꝝ Dictus eſt iſmariis iſſe per agmen equis.

Super hoc mõte fuit iſmara ciuitas ciconũ:qui gẽ tes ſunt thraciæ:de qua meminit Vir.lib.x. cũ ait. Et tris quos idas pater:& pria iſmara mittit.Hanc teſte Home.lib.ix.odyſſeæ Vlyxes a troia diſcedẽs deſtruxit:quam iam maroniã uocari in gloſula q̃ dam homeri comperi.

Iſocrates abſq; aliqua aſpiratione & per.i.latinũ ſcri bit:fuit græcus orator clariſſimus orgiæ auditor multoꝝ philoſophoꝝ p̃ceptor eximius:ut Macro bius atteſtat:hic teſte Quinti.in diuerſo dicẽdi ge nere nitidus fuit cõptus:& palæſtræ magis q̃ pu gnæ accõmodatus:oẽs dicẽdi ueneres ſectatus ĩ in uẽtione facilis:honeſti ſtudioſus:in compoſitione adeo diligẽs:ut cura eius reꝑhendatur huius oꝝ nes adhuc extant:quas maxima ſemper cum uolu ptate lego.

Iſus cum unico.ſ.ſcribit:fuit filius nothus Priami de quo in dictione antimus uidimus.

Italia græcũ uocabulũ:ẽ & cũ unico.l.&.i.latio utro biq;:atq;.t.exili ſcribit:regio ẽ europæ & oĩum to tius orbis celeberrima:prius qdẽ dicta heſperia ab Heſpero.Atlãtis fratre:a quo & heſperus occidẽta lis ſtella cognomĩata fuit.Hic teſte igino pulſus a fratre ab ea regiõe:q̃ nunc hiſpania dicit:& ea loca ubi nũc ẽ Italia occupatus heſperiã a ſe: ut priſtinã aliã prouinciã nomĩauit.At uero Macrobius li.ſa turnaliũ primo:qum de diei partibus logtur ingt: ab heſpero ſtella quã græci heſperã dicũt dicta eſt Italia heſperia:q; occaſui ſubiecta ſit.Quod Vir.li. prĩo æneid.cõfirmaſſe uidetur cum ait.

Eſt locus heſperiam graii cognomine dicunt.
Terra antiqua:potens armis atq; ubere glebæ.
Oenotrii coluere uiri:nunc fama minores.

Italiam dixiſſe ducis de nomine gẽtem. Nã poteſt cognomẽ heſperiæ dicta fuit œnotria:ſiue ab opti mo uino quod in illa naſcitur ut dixit Seruius ſu per primum æneidos oĩvoσ græce latino uinũ di cit ſiue ut Varro docet & Pli.li.iii.naturalis hiſto riæ cõfirmauit:ab Oenotrio ſabinoꝝ rege ĩ ea re gnante.Poſt hæc uero & Italiæ nomẽ aſſumpſit ab italo ſiculorũ rege:ut q; ait Seruius uenit ad eã par tem:in qua regnauit Turnus:eãq; ſuo nomine uo cauit Italiam:unde illud ẽ: Fines ſuper uſq; ſicãos hoc eſt uſq; ad ea loca:quæ ſicani.i.ſiculi ſic quoq; a fratre Itali cognominati tenuere. At uero Ariſto teles libro politicorum.vii.hæc de Italia ĩquit. Tra dũt periti homines illoꝝ locoꝝ fuiſſe italum quẽ dam œnotriæ regem a quo mutato nomine: pro œnotris itali ſunt uocati:oramq; illam maritimã europæ quæ eſt inter ſcylacæum & lameticum ſi num:diſtãt uero hæc loca ĩter ſe meridiei iter. Ita liæ nomẽ primũ cæpiſſe.Hunc ergo italũ tradunt agriculturã œnotrios docuiſſe:cũ prius eſſent pa ſtores uagi:ac palantes illiſq; leges poſuiſſe: & cõ meſſatiões iſtituiſſe primũ:hæc ille:ſed Varro ab omnibus diſcordare uidet:nam li.ii.de agricultu ra ſic ait:Græcia antiqua: p̃ ut ſcribit Timæus ĩ hi ſtoriis quas de rebus publicis ſcripſit: tauros uoca bat italos a quorum multitudine pulchritudie ac fœtu Italiã dixit.Eſt & Italiæ pars latium ſic dictũ ut quidam aſſerunt q; in Italia inter præcipitia al piũ apœnini lateat. Varro a latino dictum putauit. Virgilius a latendo:unde ait libro.viii.æneidos cũ Euandrũ Aeneæ loquentem induceret.

Primus ab æthereo uenit ſaturnus olympo.
Arma louis fugiens:& regnis exul ademptis.
Hic genus indocile ac diſperſum montibus altis.
Compoſuit:legeſq; dedit:latium q; uocari.

Maluit his quoniam latuit ſaturnus ĩ oris. Idem Oui.li.faſtoꝝ prĩo cõfirmauit dicẽs. Dicta quoq; eſt latium terra latente deo:& fuit teſte Solino la tiũ antiquũ antea a tyberiis hoſtiis ad uſq; lyrim amnẽ q; cãpaniæ fluuius ẽ Miturnas maritimã ur bẽ curſu mediã diuidẽs. Serui.uero ſup primum æneidos ait uſq; ad fundos urbẽ cãpaniæ cõtine ri:& aliud iſup eſſe latium dixit:qđ a fundis uſq; ad uulturnum protendit:Quare cũ antiquum la tiũ heſperiã poſtea cognominatam ipẽ dixerit uo luit hoc a Virg.annotari cũ dixit li.ænei.vii.Mox erat heſpero ĩ latio. Rurſum & hæc oĩs ora nõnũ q̃ poſt hæc auſonia dicta fuit:nã ut ſubdit Ariſto. ad ea quæ ſupra dixit:incolebant inquit eam Ita liæ ptẽ q̃ ad tyrhenã uerſa eſt opici q; nũc Auſonii noĩant:hæc ille:& ut qdã ferunt ab Auſonio Vly xis filio:ſic quoq; cognominata fuit: Quodq; no men duraſſe uſq; ad romãos cõſules oſtẽdit Liui. li.ix.ab urbe dicẽs:Miturnas & ueſtĩas urbes auſo nidum gentẽ eẽ:Quare dixit Vir.li.viii.æne. Tũ manus auſoniæ & gẽtes uenere ſicanæ.Sæpius & nomẽ poſuit ſaturnia tellus:nã poſt hæc quoq; ip ſa eadẽ ora magna græcia nuncupata fuit.Et ut di xit Pli.li.iii.nat.hi.fluuius ſilaris campaniã a luca nia diuidit.Erat igitur ĩ cãpania neapolis ſalernũ & capua a cuius planicie qa alia Italiæ pars ẽ pluri mũ montuoſa dictã cãpaniã multi uoluerũt:poſt cãpaniã eſt lucania:poſt lucaniam uero brutiũ ſi ue calabria:quæ uſq; ĩ rhegiũ termĩatur. Oĩs igit iã Italia inter Adriaticũ & tuſcũ mare ſiue ſupeꝝ & in ferũ ĩ formã cruris ut nobis magis placet ex tendit:& a iugis alpiũ porrecta dorſoq; apœnini montis ſe paulati attollẽs uſq; ad rheginũ uerticẽ & littera brutioꝝ protenditur:nam ĩ ultimo ſui ĩ duo cornua ſcĩdit. Quoꝝ alteꝝ & qđ breuibus eſt ionium reſpectat æquor:alteꝝ ſiculum in ex tremitate rhegium oppidum continens eius lon gitudo ab auguſta p̃toria quæ ut dixit Pli.li.iiii.ĩ alpineo ſine ſita eſt:& per Romam capuamq; por

Κύριε ὁ θεός / ἐλέησόν με

rigiť uſq; ad oppidū Rhegiū:teſte Solio decies cē/
tena & uiginti milia paſſuū colligiť:latitudo uero
ubi plurimū quadrigentadecē. Vbi minimū cētū
trigīta ſex milia:umbilicū ut Varro tradidit ī agro
reatino habet:hæc dudū teſte Plinio p̄fato ī libro
tertio ex latere maris ſuperi rubiconē fluuiū ꝓ fi/
nibus habuit:Quod Lucānus libro primo prius di
xiſſe uideť:cū ait. Et gallica certus Limes ab auſo/
niis diſterminat arua colonis:ita ut rubicone uſq;
ad alpes gallia fuerit:quæ ciſalpina dicebať:& non
Italia:nōnulli uero hos fines de prouincia quo ad
romanos duces:& non quo ad generalē Italiæ ſitū
intelligere uoluerunt.

Ithaca cū.i.latīo in initio:&.th. aſpirato atq;.c.exili
ſcribiť:iſula ē teſte Pli.li.iiii.natu.hiſto.ante leuca
da & achaiam poſita:cantatiſſima qdem domino
Vlyxeo in qua mons neritos eſſe dicitur:a quo to/
ta inſula nonnunq; neritos nuncupatur.

Ithacus eodē modo ſcribiť:& cognomen fuit Vly/
xis ab ithaca iſula ſuſcæptum.

Itymoneus prima cum.i.latino ſequens cum.t.exili
ſequente.y.græco ſcribitur:fuit teſte Homero lib.
undecimo iliados Hyperochi filius: uir in primis
ſtrenuus:& in bello pyliorum cum helidēſibus ab
Neſtore iaculo interfectus.

Ithyreus cum.th.aſpirato:ſequēte.y. græco ſcribiť
dī quaſi ithineus:hoc eſt directiuus ἰθύνω uerbo
græco:qđē dirigo:unde epithetō pōiť a Vir.arcuū
parthicorum:cum dixit libro georgicoꝝ ſecūdo.
Ithyreos taxi torquentur in arcus.

Ithys prima cū.i.latino:ſequēs cū.t.exili :ſequēte.y.
græco ſcribiť:fuit Terei thracū regis filius q a ma
tre Progne ī fruſtra deſectus patri ī cibū datus fuit
ut late mōſtrauit.Ouidius lib. metamorphoſeos:
& libro.ii.de ſine titulo ait. Atq; ſua cæſum matre
quæruntur itym:& eſt faſianus ut dixit Seruius:
nam infaſianum conuerſum itym dixere poetæ.

Iudæus cū.æ.diphthōgo ſcribiť:nomē eſt deductū
a iudæa:quæ ſimiliter per.æ.diphthōgum ſcribiť
& ꝓuincia ē palæſtinæ:quam pulcherrimæ Soli⁹
ī collectāeis deſcripſit:& iudæi populi q̄ gēs ē teſte
Pli.li.xiii.natu.hiſto.cōtumelia numinū iſignis.

Iugurtha cum.th.aſpirato ſcribiť a græcis: fuit nu/
midæ rex de quo Saluſtius elegantiſſimam ſcri/
pſit hiſtoriam.

Iulus cum unico.l.ſequente.u.ſcribiť:fuit Aenæ fili
us:de quo uidimus ī dictione Aſcanius cuius deri
uatiuum:teſte Priſciano lib.ſecundo eſt Iulius: cū
.i.latīo poſt.l.ante.u. Virgilius libro æneid.i.Iuli/
us a magno dimiſſum nomen Iulo.

Dictionū græcaꝝ:quæ latine ſcribuntur: & ab.i.
littera initium ſumunt orthographia finit.

Incipit earum:quæ a.K. conſonante ſcribuntur.

K Littera cōſonans cum eādem prorſus ha
beat in metro poteſtatem:ac in uoce ſo/
num cū.c.noſtra cōſonante penitus ſuper
uacua eſſe uideť:ut dixit Priſcianus:& an
te illum prius dixerat Quintilianus:nec ulla pror/
ſus uidetur ratio cur ī dictionibus græcis.a.ſequē/
te potius ſcribi debeat.K.q̄.c.ut nōnulli ex moder
nioribus uſq; rōe uoluerunt:comperimus ēt Ni/
gidiū figulū quo & Varrone nemo apud roma/
nos doctior habitus fuit:nunquam in cōmentari/
is ſuis.K.aut.q.fuiſſe uſum ideoq; nos oēs dictio/
nes græcas q̄s latine tranſcribendas & nouimus p
.c.ipſum & nō per.K.ex maiorum noſtrorum au/
ctoritate ſcribemus. Et maxime cum id idē Feſtū
aprobatiſſimū auctorē obſeruaſſe nouerimus.

Kyrieleiſon prima cū.y.græco:& reliquæ cū.i. lati/
no ſcribūť:dictio ē cōpoſita ex Kyrie qđ ſignificat
domine:hoc ē uocatiuū huius noīs kirios q ē do/
minus:& leiſon:qđ eſt miſerere:hoc eſt iperatiuū:
huius uerbi ἐλέω quod eſt miſereor:ſed in cōpoſi/
tione p colliſionē abiicitur primæ dictiōis ultimū
.e.per modum quem ſupra uidimus:& ꝓferri de/
bet cum accentu in antepenultima.

Dictionū græcaꝝ:q̄ latine ſcribuntur:& a.K. litte/
ra initiū ſumunt orthographia finit.

Incipit eaꝝ:q̄ ab.l.cōſonante ſcribuntur.



Abatus cū.t.exili ſcribiť:nomē eſt uiri ꝓ
priū:de quo ſæpe Plutarchus meminit.
Labdacus:cum.c.exili ſcribitur fuit Poly
dori filius filii Cadmi:& frater Laii.

Labynetus cū.y.græco &.t.exili ſcribiť fuit teſte He
rodo.lib.hi.i.uir babylōius filius Nictocris regie
babyloniæ:& ipſe fuit babylonioꝝ tyrānus.

Labyrinthi ſecūda cū.y.græco:ſequens cū.i. latino:
& ultima cū.th.aſpirato ſcribiť:fuit ſtructura pro
magna ſui parte ſubterranea:uiarum ambagibus
adeo inflexa ut nemo:q̄ itraſſet poſſe īde exire di/
ceretur:& teſte Pli.li.xxvi.natu.hiſto.in quattuor
mundi partibus cōptus fuit:ut primus ī ægypto:
ſecundus in inſula cretæ:tertius in iſula lemni:q̄r
tus iclusio Italiæ oppido:ſed creticus famoſior ha
betur:& a poetis græcis & latinis maxime decan/
tatus fabricatuſq; a Dædalo igenioſo fabro:dicē/
te Oui.li.viii.meta.Dedalus igenio fabræ celeber
rīus artis.Pōit opus:turbatq; notas & limīa flexu.
Ducit ī errorem uariaꝝ ambage uiaꝝ.Et ſubdit:
Vis ipſe reuerti A: limen potuit:tāta ē fallacia te/
cti.Sed teſte Pli.centeſimā tātū portionē labyrin/
thi ægyptii accæpit:quem ꝓ exemplo habuit.

Lacæna cū.æ.dip.&.c.exili ſcribiť:gēus ē ueſtimēti.

Lachana cum.ch.aſpirato ſcribitur:græcum ē uoca
bulum & numeri pluralis:atq; omne gēus oleris
in ſe cōpræhendit.

Lacēus cū.c.exili &.e.abſq; diphthōgo ſcribiť:& fa
cit fœmininū lacena:& neutrū lacenū : nomen eſt
deductū a laconia:& dī laconicus.Vir.li.georgico
rū.ii.Virginibus bacchata lacenis.i.laconicis.

Laconia cum.c.exili ſcribitur:prouīcia eſt in achaia
ſiue pelopōneſo:quæ teſte Seruio ſup quartū ge/
orgicorum:cœbalia dicta fuit.Idem ſenſiſſe uideť
Virgilius & Satius in achilleide:cū dixit:Soluerat
cœbalio claſſem de littore paſtor dardānus:De quo
in ea dictione uidebimus.

Lacedæmōia ſcda cū.c.exili:&.e.abſq;.æ.diphthon
go ſequēs cū.æ.diphthōgo ſcribiť: laconiæ: urbs
cōdita a Lacedæmōe Iouis filio ex Taygeta:& nō
nunq; a poetis declinatur lacedæmon: huius lace/
dæmonis:ut Ouidius ī prima epiſtolaꝝ.O utinā
tunc cū lacedæmona claſſe petebat Obrutus inſa/
nis eſſet adulter aquis.Hæc eadem alio noīe etiā
Sparta dicta fuit:ut in ea dictione uidebimus.

Lacheſis cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit una ex par/cis:ut uidimus ī dictiōe atropos de qua ait Martialis ī primo.Nil adicit penſo lacheſis: fuſoſq; ſororum.Explicat:& ſemper de tribus una rogat.

Lacinium cum.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribitur promōtorium eſt Italiæ iter Adriaticū & ionicū mare ſic quoq; cognominatum:ut in quibuſdam Theocriti gloſulis cōperi:a lacinio latrone quodā q illum inhabitās:ab Hercule iterēptus fuit. Idem Seruius ſup tertium æneidos:afirmare uidet.Fuit ēt famoſum ex templo Iunonis laciniæ:ut Virg. attollit ſe diua lacinia cōtra.Eſtq; ex parte orietali propinquum crotonæ:ut oſtēdit Theocritus ī ea ægloga quæ incipit ειτ᾽ἔ μοι κορύδων.

Lacina eodē mō ſcribit:cognomē ē Iunōis:a lacinio promontorio tractū:ſup quo ædem habuiſſe diximus q̄ Herculē interfecto Lacinio latrone & loco expiato:cōſtituiſſe ī eiſdē Theocriti gloſulis cōpi.

Lacydes cū.c.exili &.y.græco ſcribit: fuit cyreneus philoſophus Alexādri filius:& nouæ academie princeps:atq; Arceſilai ſucceſſor.Fuitq; uir mire ſeueritatis:& ab adoleſcentia ſtudioſus:ſed pauper Habuitq; ſcholā ī horto:quē Attalus rex fieri curauerat q & Lacydius ē appellatus.Mortuus ē ex paralyſi quā ex immodica potatione contraxerat:cū iā :xxvi.annos in ſchola regenda conſumpſiſſet.

Locoō cū.c.exili p̄tedēte unico.o.& duobus ſequētibus pleno nomine:hoc eſt ſine ſynereſi ſcribitur nam cum ſynereſi duo illa.o.quorum primum ē breue:& ultimū lōgum:qa ē.ω.mega apud illos ī unum longum cōuertunt:& ſcribitur apud græcos Λαοκών cū accētu circūflexo ī ultimo: ut uidebimus in dictione proſodia. At cum plenū nomē eſt:habet accentū acutum in penultima:quod ī dictione græce declinata ēt a noſtris obſeruari debet ut ibidem oſtendemus.Fuitq; nonnulli ferunt:regis Priami filius:& Appol.ſacerdos:de quo Virgi. lib.æneidos.ii.inquit.Primus ibi ante oēs magna comitante caterua Lacoon ardens ſumma deturrit ab arce. Et deinde proſequit:quēadmodum haſta percuſſit fatalē equm a doloſis græcis cōfectū: ob quod a duobus ſerpentibus cū duobus paruis filiis poſtea compræhenſum : necatum depaſtūq; oſtēdit.Verum Euphorion referente Seruio dixit cum poſt aduentū græcoꝝ ad Troiā ſacerdos neptūi lapidibus a troianis occiſus eſſet: qa illoꝝ aduentū ſacrificiis nō p̄dixit:& poſtea neptuno troiani ipſi ſacrificare uellent Laocoon tymbræi apollinis ſacerdos ſorte ad id deductus ē ut ſolet fieri cum deeſt ſacerdos certus. Et cum hic piaculū cōmiſiſſet ante ſimulachrum numinis cū uxore coeūdo:ob id quoq; immiſſis draconibus cū ſuis filiis iteremptus eſt: Et hoc qdē habere hiſtoriā dixit Seruius Sed Virgilium ad troianoꝝ excuſationē aliter iterp̄tatū fuiſſe.Cuius rei a Virgilio deſcriptæ ſimulachrū dixit Plinius li.xxxvi.naturalis hiſtoriæ:in domo Titi imperatoris Romæ ſuo tpe eē opus oībus & picturæ & ſtatuariæ artis p̄ponēdum ex uno lapide eum:ac liberos draconūq; mirabiles nexus de conſilii ſentētia fecere ſumi artifices Argeander Polydorus & Athenodorus.

Lacrines cum.c.exili &.i.latino ſcribitur : fuit teſte Hero.li.hiſto.i.uir lacedæmōius miſſus ad Cyrū.

Læmargia cum .æ.diphthōgo ſcribit:dicitur a noſtris ingluuies:& inde læmargus guloſus.

Læna cum.æ.diphthongo ſcribitur:genus eſt uirilia ueſtimenti:quod ſuper alia portabatur.ut Vir. i.iiii.ardebat murice læne:hoc Homerus clænam uocat.ut in ea dictione uidemus.

Læpherigones prima cum.æ.diphthongo:ſequeus cum.ph.aſpirato ſcribitur:populi ſunt quidam.

Laertes cū.t.exili ſcribitur.fuit Acriſi filius & pater Vlyxis:ipſo dicēte apud Ouidiū lib.xiii.metamor. Acriſius illi:Iuppiter huic. Hic cū ob filii abſentiā laborioſam uitā duxerit:tertio anno poſt reditum Vlyxis mortuus ē:ut teſtis ē ditis:Et quia eiuſmodi nomina græca terminata in.s.mittūt ēt noiatiui terminationē in.a. declinationē recipiūt latinā. ut anchiſes & anchiſa huius anchiſæ:& laertes ac laerta huius laertæ:& ablatiuum ēt finit in.a.Ouidius tertia epiſtolaꝝ:laertaq; ſatus p quos comitata redirē:Nā ſi diceret laerte:minime ſtaret uerſus cū illud.e.breue eēt.Sed de his ſatis ſupq; uidius ī dictioue Anchiſes.Quin & notandū ē non ſolum laertes triſyllabum inueniri ſed biſſyllabū:qđ ī patronimico laertiades apud Horatiū in prio carminū annotauius.Sic.n. antiqſſimos textus ſcriptos cōperimus.Nō ut laertidem exitiū tuæ gentis nō pylium neſtora reſpicis:ſunt.n.uerſus aſclepiadei. Alii uolunt an eo uerſu tu abiiciatur:remanetque nō laertiadem exitiū tuæ:ſtaretq; uerſu ſine ſynereſi:ſicut apud Ouidiū in heroidibus. laerteſq; ſenex Telamachuſq; puer.Et apud Horatiū ī ſecundo ſermonū Olearriade qcqd dicā aut erit aut non ubi ea biſſyllabum poſuit:at Oui.Horatii textum quem adduximus in carminibus.æ.monoſyllabū confirmans in duodecimo ſit inquit: Laertiadeq; fuit tantæ fiducia laudis:ubi aliter uerſus non ſtaret.niſi laertidæ tetraſyllabum eſſet.

Læſtrygones prima cū.æ.diphthongo ſeq̄s cū.t.exili &.y.græco ſcribit:fuerunt teſte Martiano li.vi. ī extremo Italiæ uerſus Siciliā gētes feritate famoſæ:ad hos teſte Homero lib.x.odyſſeæ cū diuerteret Vlyxes:& illos aduerſos expiret unica pdita naue diffugiens puenit ad cirtē. Deinde cum rediens peruenit ad phæacas:& in cōuiuio Alcinoi hos & cyclopas humana carne ueſci narraret:tanq̄ fingētē & mendacē nonnulli aſpernitatis ſunt:ut Iuue.ī ſatyra.Quis neſcit uoluſi:Fingētē immanes læſtrigōas atq; cyclopas.Sed id uerꝝ fuiſſe aſſeruit Plinius circa initiū libri ſeptimi natu.hiſt.ob qđ Aulus Gellius lib.xv.noctiū atticaꝝ:præſtantiſſimos inqt uirtute prudentia uiribus iouis filios poetæ appellarunt:ut Acacum:& Minoa:& Serpedona: ferociſſimos & immanes & alienos ab omni humanitate tanq̄ ī mari genitos Neptuni filios dixerūt: ut cyclopa & cercyona & læſtrygonas.

Laius cū.i.latino ſcribitur:fuit unus pater Oedipi alter filius polidori filii Cadmi & frater labdaci.

Lamachus cum.ch.aſpirato ſcribitur:nomen eſt uiri athenienſis proprium.

Lamius cū.i.latio ſcribitur:mons ē ioniæ notus fama Endymiōis:unde & ipſe Endymiō lamius cognominatus eſt Oui.lib.ii.triſtiū:In uenerē anchi/

ſes in luna lamius heros i ceretē iaſius q referatur erit. Et libro tertio de arte amandi: Lamius endymion non eſt tibi luna rubori & reliqua.

Lāpia cū.i.latino ſcribit: fluuius ē archadiæ: de quo meminit Statius in quarto thebaidos cum ait. Cadenſq iugis lampia niuoſis.

Lampſacum cum.m.ante.ps.&.c. exili ſcribit: fuit teſte Cicerone lib.tertio uerrinaz oppidū in helleſpōto claz & nobile: cuius ciues lampſaceni dicuntur: quæ dictio abſq.æ.diphthongo ſcribit: ex eo oppido oriundus fuit Priapus: qui teſte Seruio ob magnitudinē uirilis membri ab aliis ciuibus pulſus fuit: & teſte Pli.lib.v.naturæ hiſtoriæ: eam urbem Homerus Adraſtiam uocitauit.

Lampetia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur fuit Solis filia ex Neæra ſororq Phætuſæ: hæ trāſeūte Vlyxe patri armenta cuſtodiebant: ut uidebimus i diſtione Phætuſa.

Lampheus cum.ph.aſpirato ſcribitur: mons eſt arcadiæ teſte Pli. libro quarto naturalis hiſtoriæ.

Langia cum.i.latino ſcribitur: fons ē i nemæa ſilua arcadiæ ut oſtēdit Statius in quarto thebaidos: & nos ſupra uidimus in dictione Hypſipyle.

Laphithæ ab aliqbus cū.ph.aſpirato: a nōnullis cū.p. exili: uidelicet lapithæ: & ultia cū.th. aſpirato ſcribit: fuerunt in theſſalia alpeſtres populi: q bella cū cētauris geſſere: unde Virg. lib. georgi. ii. ait. Et magno ilæum laphithis cratere minātē: de quibus in dictione centauri uidimus.

Lapathum cū.p.exili &.th.aſpirato ſcribit: herba ea eſt: quam ſolo radicis noīe a uulgo cognominari exiſtimo: eamq uſq ad tria cubita deſcēdere dixit Plinius lib.xix.naturalis hiſtoriæ ubi plura de lapatho loquitur.

Larius cū.i.latino ſcribitur. Quidam græcū nomen eē putāt: & a λᾶρος aue: quæ latine fulica dr dedu ctū: nā lapus ē Italiæ: teſte Seruio ſup ſecundū geor gicoz uicinus alpibus: apud quem fulica maxime abundat. Idem iuxta Catonē in originibus per ſexaginta tenditur militaria: & larius huius larii facit ſicut Iulius Iulii Mercurius mercurii.

Lariſſa cū.i.latino & duplici.ſ.ſcribit: fuit theſſaliæ urbs: & ob uicinitatē: quā habebat ad pthiā: ut dixit Seruius Achillis eſt dicta patria: dicente Virgil. lib.ænei.ii. Quos neq tydides nec lariſſeus achilles: & Lucanus libro.vi. ciuitates theſſaliæ connumerans ait. Atq olim lariſſa potens.

Lariſe: q̄ cum.i.latino & unico.ſ. ſcribitur: urbs eſt æoliæ: ut ſcribit Hero. lib. hiſto. primo.

Larodii cū unico.r. ſcribitur: populi ſunt teſte Herodo. lib. hiſtoriarum quarto in aſia ſcythica.

Laodonia cum.o.poſt.a. in ſecunda: & per.i. latinū i penultima ſcribitur: fuit teſte Homero lib. ſexto iliados filia Bellorophontis: q̄ ex compreſſu iouis effecta grauida dium Sarpedonem genuit. Sed laodomiæ ut ait Hōerus Diana irata mortē attulit.

Laomedon cū.o.poſt.a. ſcribitur fuit filius illi regis Troiæ: cuius omnem genealogiā poſuit Homerus uſq ad Hectorem & Aeneam: de qua in dictione Priamus plene uidebimus.

Laodocia cum.o.poſt.a. &.c. exili ſcribitur nomen fuit prouinciæ.

Laodice cū.o.poſt.a.&.i.latino: atq.c.exili ſcribit: fuit una ex filiabus priami formoſa quidem: & q̄ Hilicaoni filio Antenoris regis thraciæ nupſit: ut oſtendit Homero libro iliados quarto: altera fuit Agamemnonis filia ex Clytemneſtra: ut idem libro octauo iliados enarrauit.

Laodicus cum.o. poſt.a.& per.i. latinum: atq.c.exili ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados quarto. Antenoris troiani filius.

Laodocus cū.o.poſt.a.& āte.c.exile ſcribit. fuit teſte Home. li. viii. odyſſeæ: Alcinoi regis phæacū filius Itē & laodamas altes αλοιοϛωσιο αλκινοοιο.

Latona cū.t.exili ſcribit: fuit Cæi Titani filia: dicēte Niobe apud Ouidiū li.vi. Neſcio quā audetis natā titanida cæo latonā p̄ferre mihi fuitq mater Apollinis & Dianæ: q̄ ab illa Latonia dicit: Virgi. Aſtrorum decus & nemorum latonia cuſtos.

Latomiæ cū.t.exili ſcribit: dicūt a noſtris lapidiciæ Nec apud nos ſingular hēt: q̄q̄ apud græcos λατομιον compererim i ſingulari: at i plurali dici poſſunt quaſi λιθον.i. lapidū τομιαι ſciſores unde Li. in bello macedonico ſcribit. M. Catonē ſuperiorē: q dictus ē cenſorius icenſura feciſſe atria duo martiū & titiū in latomiis: idē in ſexto libro belli punici ſecundi icendiū Romæ deſcribēs ſic ait: Cōphēſa poſtea priuata ædificia: neq.n. tūc baſylicæ erat comphenſæ latoniæ: forumq piſcarium: & atriū regium: ædes uis Veſte defenſa.

Latymnus cū.t.exili &.y. græco: ſequēte i ultia.m: ante.n. ſcribit mōs ē cariæ: ſuper quem Endymiona etiam obdormiuiſſe dicunt poetæ: ut Cicero refert lib.i. de quæſtionibus tuſculanis.

Latro cū.t.exili ſcribit: dictio ē græca teſte Ser. ſup .xii. ænei. circa initiū: & deducūt a λατερων qd eſt Seruio: nā ut ipe Seruius ingt latrones dicūt obſeq & ſeruire mercede: & cōducti milites uocant latrones. Et ſubdit: moris autē erat. ut hos impator circa ſe haberet: & primos mitteret. ad oē diſcrimē: nā ut dixit Virg. latronis telo. i. uenatoris fixū leonē ideo dixit: qa etiā uenatores operas ſuas locare cōſueuerūt. Varro tamē dixit hoc nomen poſſe ēt latinā hēre etymologiā: ut latrones dicti ſint: q̄ſi laterōes qa circa latera legūt: quos nūc ſatellites uocāt: una tū ē ſignificatio licet diuerſa etymologia.

Leæna prīa cū.e. abſq diphth. ſecūda cū.æ. diphthō. ſcribit: græcū ē uocabulū: qd leonē fœminā india. Virg. i Alexi. Torua leæna lupū ſequtur. Et li. geor. iii. Catullo oblita leæna. Vbi dixit Seruius: leæna græcū ē ſicut dracæna: nā nos hic & hæc leo dicimus: lea nāq uſurpatū ē qa i. o. exeūtia maſculia ex ſe fœminina non faciunt: ut fullo latro leo. Sane an iter oēm uitā leæna unum pariat. ut ſcripſit Herodo. li. hiſto. iii. uel plures gignat & educet catulos: ut uoluit Home. ad Ariſtotele i libro. de animalibus determinatum fuit plene.

Lebes cū.e. abſq aliqua diphthongo ſcribit: & teſte Porphyrio ſuper nonum iliados. Homeri librum uas æneum in quo res buliunt.

Leleges cū unico.l. abſq diphthongo ſcribit: populi ſunt quos: nōnulli ferūt alio noīe theſſalos uocitamus: q̄ſi λέλογίσ μενους: hoc ē rōnales: qa cæteris græciæ populis p̄ſtare uidebāt. Lu. de theſſa-

lia loquens ait:mox lelegum dextra preſſum deſcē dit aratro. Hero. uero lib. hiſto. i. dicere uidet hos illos maritimos fuiſſe populos: q poſtea cares uo/ cati fuerunt.

Lectus cū .t. & .c. exilibus ſcribit: uerbum eſt græcū & apud illos in neutro genere λέκτρον dicitur. Eu ripides in ἑκαβη ingt λέκτρα γαμεῖνον Home/ rus ſimiliter in batrachomymachia.

Leda cū .e. abſq; diphthōgo ſcribit: fuit Tyndari re gis coniux: cum qua Iouem ſub forma Cygni con cubuiſſe dixere poetæ. Eamq; ouum unū pperiſſe ex quo nati ſunt Caſtor & pollux. Sed quod duo ova ediderit intellexiſſe uidet Hora. cū dixit. Nec gemio bellū troianū orditur ab ouo. Fuit etiā ma/ ter Helenæ: & a leda ledæus cū .æ. diphthongo in penultima deriuatur: Vir. lib. æne. iii.

Ledæā hermionem lacedæmonioſq; hymeneos

Lemnos cō. m. ante. n. ſcribit: una eſt ex cycladibus ægæo mari circūflua: i q̄ Iuno Vulcanū filiū cū eū turpē peperiſſe conſpiceret: e cœlo deiecit. Hic po/ ſtea cū deoꝝ faber effectus eſſet: ad hanc iſulam ab ætna refocilationis cauſa redire ſolebat: ubi ut ait Statius lib. v. thebaidos: Lēnius ignifera feſſus re/ ſpirat ab ætna. Veſtit athos memorumq; obſcurat imagine pontum.

Lenæus pria cum .e. abſq; diphthongo ſeq̄ns cū .æ. diphthongo ſcribitur: nomen eſt Bacchi deductū a ληνος quod eſt torcular. Vir. i. geor. i. Huc pa/ ter o leneæ ueni. ληνος Torcular

Leocharis cū .ch. aſpirato ſcribitur: fuit ſculptor ſua ætate eximius ꝺ quo uidebius i dictiōe mauſolus.

Leonides cū .i. latīo ſcribit: fuit nobilis ſparta: & dei de rex eo modo quo ſpartani regem habebāt. Hic non modo miranda contra Xerxem ægit: ſed pe/ ne icredibilia: ut apud græcos Herodo. lib. hiſto. ſe ptimo. & apud noſtros Iuſti. iii. epitomatum ſecun do: oſtenderunt. Quin & genealogiam traxiſſe ab Hercule oſtēdit idē Hero. in eodē libro connume rans omnes eius progenitores uſq; ad Hyllum & Herculē: Fuit & alius leonides Alexandri magni pedagogus: qui teſte Quinti. lib. i. de inſtitutione oratoria eum quibuſdam uitiis imbuit: quæ robu ſtum quoq; & magnum regem ab illa inſtitutio/ ne puerili perſecuta ſunt.

Leitus cū .i. latīo & .t. exili ſcribit: fuit teſte Homer. lib. ii. ilia. Vnus ex quinq; boetiorum principibus qui ad Troiam uenere.

Lerna cū .e. abſq; diphthōgo ſcribit: regiūcula quæ/ dā ē in Arcadia: ſic quoq; a Lerno rege cognomi/ nata: iuxta quā fuit Argos: iuxta quā fuit Argo op pidum unde græci Argiui dicti ſunt ut uidius in dictione Argos. Et a lernas lernæus cum .æ. diph/ thongo deducit: unde lernæa palus: in qua fuit hy dra quiquagīta capitum ab Hercule poſtea iterfe/ cta. ut uidimus in dictione hydrus. Ideo ait Virg. libro æneidos octauo. Lernæus turba capitum cir cumſtetit anguis.

Letharcus pria cū .e. abſq; diphthongo: ſequēs cum .th. aſpirato ſcribit: ille dī q obliuionē patit: & de/ ſcendit a λήθη: qđ ē obliuio: unde etiam lethæus.

Letheus eodē modo ſcribitur: & eandē habet deri/ uationem: poteſtq; latine dici obliuioſus.

λήθη obliuio

Ltehum eodē mō ſcribit: pōitur a noſtris pro mor te: & a λήθη quod ē obliuio teſte Feſto traductū eſt Alii teſte Priſci. in decimo latinum faciunt: & aleo uerbo ſimplici naſci dicunt: quod in uſu ſic quoq; nō eſt: ſed in cōpoſitione deleo deleui hētum. unde letum dici uolunt: quia uitam deleat: quod ſi ſic eſſet abſq; aſpiratiōe ſcribi: deberet. ſed magis pla/ cet græcū eſſe: & a λήθη deduci: unde ēt teſte Soli/ no fluuius ille: qui in aphrica iuxta Beronicem ur bē fuit: lethes hoc ē obliuionis amnis uocat: quē ut ait putāt i ferna iundatione prorūpere: & apud priſcos uates latex obliuiōis cōmemorat. De quo Luca. lib. iii. meminit cum ait Quam iuxta lethes tacitus prælabit amnis: Infernis ut fama trahens obliuia uenis. Et inde lethargus & lethæus: ut ſu/ pra uidimus. At uero lætum qđ latinū eſt & aleo deſcendit: eo quod ex lætīcia quis faciem delatare dicatur: cū .æ. diphthongo & .t. exili ſcribit: idq; ap pellamus: quod aſpectu gaudiū promit. Nam gau dere proprie eſt itrīſecus: Lætari extrīſecus: Et qa natura ſic iſtitutum eſt: ut quæ bona corporis ha/ bitudine ſunt alacriora q̄ uero debili triſtiora ſint eo: fit ut pīguia uocemus læta: ut lætas oues: læ/ tos græges læta armenta: & hīc tranſferius ad ſi/ milia: ut ad ſegetes: ad uites: ad oliueta: ad cæteras arbores. Vnde quemadmodum illa: ita hæc quo/ que q̄lia ſint: declarat aſpectus. Verūtamē non ap/ pellant hoies læti ob fœcunditatē. pīguedinē pul/ chritudinē: grauitatē: & ſimilia. Sed ob ea q̄ tātū in noſtros uſus cedūt. letitiā nobis uoluptatēq; pariē/ tia. Qua ſane regula multifariā lætū & ſine ambi/ guitate i utēdo ſuppeditabit. Vnde apd Seruiū: ſi/ gnificat fœcūdū. pingue grauidū: pulchrū: uiride & multa alia: q̄ ex Vir. annotauit.

Leucothea cū .c. exili: & .th. aſpirato ſcribit: fuit filia Cadmi ex Hermione cōiuge: q̄ & alio noīe dicta fuit Ino uxor Athamātis regis thebarum: quæ ut maritū ſuū furere conſpexit: cum Melicerta filio in mare p̄cipitem ſe dedit. Et ut ait Cicero de na/ tura deoꝝ dicta fuit a græcis quidem leucothea a noſtris uero Albunea ſeu: alba dea. Nam λευκη al ba dicitur: & θεα dea. Ab aliq̄bus uero iterp̄tatur Matuta etiam græco uocabulo: quæ ab Homero ponitur pro aurora. Vnde teſte Priſciano matuti/ num deriuatur. At uero Melicertam Palœmona dixerunt dicente Ouidio: leucotheaq; deam cum matre palœmona dixit. Sed a noſtris portunus co gnominatus eſt.

λευκὰ alba θεὰ: Dea

Leucothoe ſecunda cum .c. exili: & penultīa uero p .th. aſpiratum ſequente .o. uocali ſcribit: & alia fu/ it a ſuperiori: nā a θέω. quod ē curro deriuat: qua/ ſi alba fuerit & currens: fuit Orcami ex Eurimōe filia. illa dicente apud Ouidium libro metamor/ phoſeos quarto.

θέω τρέχω

Rexit achimenias urbes pater orcanaus: iſq;
Septīmus a priſco numeratus origīe bello. Et pau lo prius dixerat.
Tempore leucothoe multarum obliuio fecit.
Gentis odoriſere: quam formoſiſſima partu
Edidit eurymone: & reliqua.

Leucippus cum .c. exili contra græcoꝝ gram matī/ cas regulas: & .i. latīo. atq; duplicato .p. ſcribit: fuit

philoſophus eineates patria:ſecundū uero quoſdā alios adderites:& fuit Zenonis auditor.

Leutychides ſecūda cū.t.exili ſequēte.y.græco: atq; .ch.aſpirato.&.i.latio ſcribitur:fuit teſte Hero.li. hiſto.vi.uir lacedæmonius inimicus Demarati. poſt cuius fugam conſtitutus fuit aſpertoꝝ rex.

Leucargillon cū.c.exili &.i. latino atq; duplicato.l. ſcribit̄.dici pōt latie candida argilla.

Lucas cū.c.exili ſcribit̄:iſula eſt teſte Pomponio diſpoſita contra ſinum ambracium iuxta Epiꝝ habens montē altiſſimū:& ē memoralibus uictoria Auguſti.contra.M.antoniū & Cleopatrā. Eadem fuit hactenus a cōtinēti cōiuncta:ut Oſtēdit Oui. lib.metamorpho.xv.cum ait.

Leucada continuam ueteres habuere coloni.
Nunc freta circueunt.& reliq̄.Eſt ēt leucas oppidū percelebre i Acarnāia parte Epiri:olim teſte Plin. Nereitū uocitatum:& a leucas deducitur leucadius Vir.lib.æne.iii.

Mox laucadii niboſa cacumia montis. Et formidatus nautis a peritur Apollo.

Lyæus pria cum.y.græco:ſeq̄ns cū.æ. diphthongo ſcribit̄:ut in antiqs exactiſq; marmorum iſcriptionibus ſcriptum comperi:nomen eſt Bacchi:dicēte Oui.lib.iii.metamorpho.

Tutaq; dāt.Bacchū quæ uocāt:bromiuūq; lyæū & deriuat̄:a λυω:qđ ē ſoluo:eo q; mēbra uinum diſſoluat:unde ſequitur paralyſis.

Libanus cū.i.latino ſcribit̄:mons eſt iter arabes & phœnices:ē ēt genus arboris tus producentis.

Libya pria cū.i.latio ſeq̄ns cū.y.græco ſcribit̄:& terminat̄:i.a.& in.e.ac dici poteſt i recto libiæ abſque diphthōgo:& ſi quidem in.a.deſinat accepta.e.facit genitiuum cū diphthōgo:ut libya huius libye: ſi uero i.e.deſinat i recto: græce & decliatur huius libyes.Et ē regio Aphricæ:q̄ ab Atlāte mōte Mauritaniæ ſcipit:& ad Canopum uſq; Nili hoſtium pandit̄:ſic quoq; dicta ut plurimi aſſerūt:ab libya uxore Edaphi Iouis filii.Qua utiq; litteratura oīa ad alia deſcendentia ſcribuntur : Vt libyſſa huius libyſſe oppidū Bithyniæ.libyſtis libyſtidis:Vir.li. æne.v.Horridus i iaculis & pelle libyſtidis urſæ: libyſtinus libyſtina libyſtinum.

Libyſſa eodē mō ut ſuperior:ac p duplex.ſ. ſcribit̄: oppidum fuit Bithyniæ.ubi teſte Plinio circa finē libri qnti naturalis hiſtoriæ:nunc Hannibalis tantum tumulus eſt.

Metonymia ſecũda cũ .t. exili. ſeq̃ns cũ .y. græco penultia cum .i. latio ſcribitur: dicitur a Cicerone denominatio ut Bacchus pro uino: Ceres pro pane. Terẽtius ī eunucho: Sine Cerere & Baccho friget Venus. Et in andria: Fac periculũ ideſt experientiã quæ ex periculis grãdis accipitur. Ad idem. i. Vir. Iã proxĩus ardet Vcalegon ideſt domus Vcalegonis. Dicius etiam per hãc figurã pigr̃ frigus: quia homies pigros facit pallidum timorem: eo q; pallidos homines reddat.

Metiochus cũ .t. exili &. i. latio: atq; .ch. aſpirato ſcribit: fuit teſte Herodo. lib. hiſto. vi. filius Melciadis atheniẽſis nõ ex Hegeſiphyle filia Oloris regis traciæ: ſed ex priore defuncta: cuius nomen nõ explicat. Hero. Et ut pergit idem auctor cũ hic a phœnicibus caperet: & Dario pſar̃ regi cõtra quẽ pater bellũ agebat preſentaret in nullo ꝑrſus læſus fuit: ſed eum donauit Darius pulcherrimo palatio multis poſſeſſiõibus & diuitiis q̃n & uxorem Perſam illi dedit ex q̃ fœliciter liberos procreauit

Metrũ cũ .t. exili ſcribit: dr̃ a nr̃is mẽſura: q̃ qa uerſus cõmẽſurãtur: græco ẽt uocabulo a nobis metra dicunt. Sũtq; eius genera multiplicis. de q̃bus diuus Augu. in muſica abſolutiſſime ꝑſecutus ẽ.

Metrodorus cũ .t. exili ſcribit iterꝝptari põt mẽſuræ donũ: uel menſuratũ donum fuit athenienſis pictor: idẽq; philoſophus: & in utraq; ſcientia: teſte Pli. lib. xxxv. natu. hiſto. magnæ auctoritatis. Itaq; cũ L. Paulus deuicto perſe petiiſſet ab athẽiẽſibus uti ſibi q̃ probatiſſimum philoſophum mitterẽt ad erudiẽdos liberos atheniẽſes: Metrodor̃ elegerũt: profeſſi eundẽ ī utroq; deſiderio p̃ſtantiſſimũ Quod ita paulus quoq; indicauit.

Metrocles cũ .c. & .t. exilibus ſcribitur: fuit philoſophus maronites: frater hipparchiæ: adiutor prio Theophraſti: deĩde Cratis thebãi leuiri ſui. Obiit ſenex ſeipſo ſuffocatus.

Metropolis abſq; aliq̃ aſpiratiõe ſcribit: dici põt ad uerbũ meretricia ciuitas. Nam cõponit ex μήτηρ: quæ eſt mater & πολις ciuitas. Et ĩde metropolites is dicitur. qui ei ciuitati ſacerdotio p̃eſt.

Myia pria cũ .y. græco & .i. latio unã faciẽtibus diphthongon ſcribit: dicit a noſtris muſca. Quam ſane dictionẽ cũ aliis dictionibus compoſitã nos eo modo ſemper tranſcribimus: ut cynomya. i. canina muſca quẽadmodũ ī ea dictiõe uidĩus. Eſt itaq; muſca aial imũdiſſimũ: & ꝑrſus ſine mẽoria. Et ut teſtis ẽ Pli. li. xxi. na. hi. mõs qdã ẽ ī creta carmanoie nouẽ milia paſſuũ ãbitu: itra qd̃ ſpaciũ muſcæ nõ reperiunt: natũq; ibi mel nuſq; attingunt.

Mycale cũ .y. græco & .c. exili atq; unico. l. ſcribit: fuit teſte He. li. hi. i. ciuitas apd̃ Ioniã: ubi ẽ pãioniũ: ut ī ea dictiõe uidebĩus. fuit ẽt cuiuſdã cõcubiæ nomẽ. ut Iuue. ī ſat. Si te ꝓpoſiti. Sed tua nũc mycale.

Mycaleſſus cũ .y. græco & .c. exili: atq; unico. l. & duplicato. ſ. ſcribit: puto regionẽ fuiſſe Boetiæ: cũ dicat Homerus. de Boetia tractans lacteq; diffuſam mycaleſſum.

Mycenæ pria cũ .y. græco: & ſeq̃ns cum .c. exili &. e. abſq; diphthõgo ſcribit urbs fuit teſte Plinio lib. iiii. na. hi. in achaia: hoc ẽ in argolica achaiæ regiũcula: ſic quoq; cognomiata teſte Porphyrio ī ſecũdũ iliadis Nomeri libr̃ a micẽa nympha Iacõica. Fuitq; agamẽnonis pr̃ia & regnũ dicente Virgilio Eruet ille argos: agamẽnoniaſq; mycenas. Ponitur a poetis etiam nõnũq̃ in ſingulari. ut Virgil. in .v. æneidos: Argolicoue mari depræhẽſus & urbe mycenæ: ubi dixit Seruius declinari mycene mycenes ſicut Agaue agaues. Vel latina declinatione mycena mycenæ.

Mycerius pria cũ .y. græco: ſeq̃ns cũ .c. exili: penultia cũ .i. latio ſcribit: fuit teſte Her. filius cleopis regis ægypti: poſt quẽ & ipſe in ægypto regnauit.

Micythus pria cũ .i. latio: ſeq̃ns cũ ypſilo: & cũ .c. exili ultia cũ .th. aſpirato ſcribit: fuit uerna anaxilei ꝑ curatoris regior̃: & cã magnæ cladis tarẽtinor̃.

Mycone pria cũ .y. græco: ſeq̃ns cũ .c. exili ſcribit: inſula ẽ una ex cycladibus uicina delo: ita ut Apollo ipſam delon per mare errãtẽ. ut dixit Virg. ī tertio Mycone gyaroq; reuinxit.

Microcoſmus cũ .i. latio: & abſq; aliqua aſpiratione ſcribit: dicitur minor mundus. Nã cõponitur ex μικρος: quod eſt paruus: & κοσμος mundus.

Micrologus eodẽ mõ ſcribit: & dicit puus ſermo: uel ẽt pua ratio. Nã utrunq; logos deſignat.

Micropſychos penultia cũ .y. græco: & ultia cũ .ch. aſpirato ſcribit: dicitur puſillanimus. Nã a ψυχη quæ eſt anima componitur.

Midas cũ .i. latio ſcribit & a nõnullis abſq; finali. ſ. fuit Gordiæ bubulci filius: & rex phrygũ: q; cũcto rũ pene regnũ opes pecũiæ abũdãtia anteceſſit: de quo He. ī li. hi. & Iuſti. li. epitomatũ. xi. plura ſcripſerũt. Qui & Ouid. ſimiliter li. xi. me. illius fabulã elegãtiſſime ẽ ꝑſecutus: Ita ut cũ ultio ſter Apolli.

nẽ & marſyã decertãtes in canendo iudex cõditus eſſet:& ipſe ex hebeti ingenio ꝓ marſia ſentẽtiã ferret: aſininis auriculis phœbo deturbatus ẽ ut tetigit ẽt in prima ſua ſatyra Perſius.

Mydon cũ .v. græco ſcribiť: fuit teſte Home. in .v. iliados auriga Pylemenis ducis paphlagonũ: quẽ Antilocus Neſtoris filius in bello troiano occidit.

Mygdonia prima cum .y. græco: ſeq̃ns cum .g. ante .d. penultia cum .i. latio ſcribiť: regio ẽ macedoniæ littoralis: ĩcipiẽs ab Aenea ciuitate craſſæa. q̃ teſte Hero. in .vii. hiſtori. ab oriẽte eſt illi contermina: & uſq; ithermopontum: ſeu thermicum ſinum ut alii uocãt ꝓtendiť. In hac Niobe ĩ ſaxum cõuerſa cõſpiciť: ut Oui. in .xiiii. epiſtola heroidum.

Quæq; ſuperba parẽs ſaxo per corpus aborto.
Nũc quoq; mygdõia flebilis aſtat humo. Et Sappho in epiſtola ad phaonẽ. Quæ mihi mygdonii marmoris ĩſtar erãt: iuxta hanc eſt inſula mygdo: de qua meminit luue. in .iii. ſaty. cum dixit. Aſt hic mygdone relicta.

Mygdonus eodẽ mõuti ſupior ſcribiť: fuit frater Otrei: ac teſte Porphyrio ſup. iii. ilia. Home. li. ambo fratres Hecubæ uxoris regis Priami: & ciſſei filii: ambo reges ĩ thracia: & patrueles Polymeſtoris & a Mygdono eius filius Chorebus mygdonides. Nam teſte Seruio patronymicum eſt quia ſi gentis eſſet mygdonius diceretur: nam ut ait nullum gentis patronymicum indes exit.

Miletus cum .i. latio & unico .l. atq; .t. exili ſcribiť: fuit teſte Pli. li. v. na. hi. urbs ĩ ionia atq; eius regionis caput. in qua teſte Seruio ſup. iii. georgicoꝝ Virg. lana optĩe tĩgebatur: a qua mileſia uellera dicta eſſe cenſemus ut Virg. in q̃rto georgi. Mileſia uellera nymphæ Carpebãt alia fuit teſte Homero li. ſecũdo iliados in Creta: alia in leſbo: a qua nonnulli magis mileſia dici uellera uoluerunt.

Mily prĩa cũ .i. latĩo: ſeq̃ns cũ .y. græco ſcribitur: fuit teſte Hero. locus in aſia: qui ante ſolyma uocabatur: quæ lycii incolunt.

Mylitta prima cũ .y. græco: ſeq̃ns cũ unico .l. & .i. latino atq; ſubſeq̃nte duplicato .t. ſcribiť: dicit teſte Hero. lib. hiſto. aſſyriorum lingua Venus.

Milo cũ .i. latino & unico .l. ſcribiť: fuit uir crotonẽſis athleta illuſtris: & qui ſupra humanas uires feciſſe dr. Nã tantũ in olimpico certamine ictu nudæ dextræ occidiſſe tradiť: & ꝓ ſtadiũ in humeris ſine fatigatiõe portaſſe: totũq; die quo illũ mactauerat comediſſe. Hũc teſte Gel. lib. xv. noctiũ atticaꝝ in chronicis ſcriptũ ẽ Olimpiade primũ coronatũ eſſe. Exitũq; habuit uita miſerandũ: & mirãdum: ut idem late proſequtur. Et Valerius de moribus non uulgaribus.

Mimas cũ .i. latĩo ſcribiť mõs ẽ in miori aſia ut oſtẽdit Home. in hymnis: in quo cũ Bacchus miꝝ in modum a mulieribus celebraret. dictæ ſunt bachantes mimalonides.

Mimallõides cũ .i. latĩo & duplicato .l. ſcribiť: cognomẽ fuit bachãtiũ mulieꝝ deductũ a mõte mioris aſiæ: q mimas uocat: de qbꝫ Oui. de arte amã. li. i. tetigit: Ecce mimallõides ſparſis in terga capillis.

Mimus cũ .i. latino ſcribiť: dici poteſt a nr̃is effictor Nam a μιμουμαι: quod eſt imitor deriuat: & uel intra uel extra ſcænã geſticulationes qualdã exercebat qbus geſtis hominũ ac naturas effingẽs lætiſſimis ſententiis populum in riſum cõuertebat.

Minerua cũ .i. latino ſcribiť: nec dictio græca ẽ: ut q̃dã ignari putauerũt: ſed latina cuius interp̃tationẽ dixit Balbas apud Cice. ĩ. iii. de na. deo. q̃ſi uĩ minetur. Nã græce quoq; pallas dr ut ĩ ea dictiõe late uidebius. Et a uerbo πάλλω: qđ ẽ uibro: deducta ẽ eo qđ haſtã uibrare docuerit: & cõſueuerit. Vnde Palladiũ eius ſimulachrũ dictũ fuit. qđ Romæ in æde Veſtæ fuiſſe oſtẽdit Pli. li. vii. na. hi. Nã cũ laudes ſũmas. L. Metelli eius fœlicitatẽ ĩdicãtes enarraſſet: q̃ nulli alii poſtremã cõditã cõtĩgere: ſubdit hæc oĩa abunde uno caſu refutari poſſunt. quoniã his metellus orbã luminibus exægit ſenectã amiſſis ĩcendio cũ palladiũ raperet ex æde Veſte memorabili cã: ſed euentu miſero. Quo ſit ut ĩfœlix qđẽ dici nõ debeat: fœlix tamẽ eẽ non poſſit. Tribuit ei populus romanus qđ nulli alii abſcõdito euo: aut quotiẽs in ſenatũ iret: curru ueheret ad curiã: magnũ ei & ſublime: ſed ꝓ oculis datũ de quo certa ĩtellexit luue. cũ ait in .iii. ſatyra.

Da teſtem romæ tam ſanctus q̃ fuit hoſpes.
Numinis idæi: procedat uel numa: uel qui.
Seruauit trepidã flagrãti ex æde mieruã. Fuit nãq; hoſpes numinis idæi. Scipio Naſica eius. Cn. Scipionis filius: teſte Li. li. ix. de ſecũdo bel. pũico: q cũ .P. Scipione pr̃e maioris Aphricãi ĩ hiſpãia cæſus ẽ dictus Nauſica Donato teſte ĩ arte maiori cum de agnomĩe tractat: qa maiores nares habuit. Hic teſte Pli. vii. na. hi. & eius nepote de uiris illuſtribus cũ adoleſcẽs eẽt uir oprius oĩum romãorũ iudicio ſenatus & populi decretus eſt. Quare idæã matrẽ peſſimũte ueniẽtẽ: nõ mõ ĩ urbẽ: uerũ a mari ĩ palatiũ detulit. Procedat Numa: q teſte Li. li. i. ab urbe: ſecũdus fuit romanoꝝ rex e curibus ſabinis claro oppido natus Pom. filius ſuo ſæculo iuſticia & religiõe clariſſimus: plene ius diuinũ & humanũ nouerat Quare dixit Oui. ĩ. xv. metamor.

Deſtinat imperio clarum prænuntia ueri.
Fama numã: hãc tantã prudẽtiã natura portendit. cũ prima fuerit ætate canus: uel ꝓcedat q ſeruauit & flãmis illæſam trepidã mineruã: q̃ lignea erat: & facile ab igni cõburi poterat: quo ſane ĩcẽdio lumĩnibus orbatus euaſit. Quare dixit idẽ Iuue. ĩ ſaty.

Credo pudicitiam Dicite uos neptes lepidi cæciq; metelli: quãdo. ſ. Mineruã per flãmas ex franganti æde. ſ. Veſtæ eripuit. Vnde Liuius in .vi. belli punici ſecũdi ĩcendiũ deſcribẽs. quo tabernæ argẽtariæ arſerunt: ſubiunxit compræhenſa poſtea priuata ædificia. neq; n. tunc baſilicæ erant compræhenſæ latomiæ forumq; piſcarium & atriũ regũ ædes uix Veſtæ deféſa ẽ: ſed ut puto aliud fuit eius ædis incendium uel forte alterius.

Minyæ prĩa cũ .i. latino: alia cũ .y. græco ſcribiť: fuerũt theſſaliæ populi q teſte Orpheo in argonautica iaſonẽ ad colchos ꝓficiſcẽtẽ ſecuti ſunt: unde ait Oui. ĩ initio ſeptimi meta. lãq; frætũ miniæ pegaſea pupe ſecabãt. Quare dixit Luca. i. vi. theſſaliam deſcribẽs. Vnde miniæ gens cognita remis.

Minyæus eodẽ mõ uti ſuperior dictio ſcribiť: fluuius ẽ a theſſalia ueniens: qui teſte Home. xi. ilia. op-

pido arenæ uicinus hostia mari facit.
Minos cū.i.latino scribit:fuit Iouis filius ex europa ut poetæ fere oēs asserūt. Alii uero nonnulli affirmāt eū nō Iouis sed Xāthi regis cretēsiū ex Europa filiū fuisse:cui i regno successit. Hero.uero i lib. hi.i.de illo loquēs dixit cū fratre Sarpedone de regno Cretæ dissensisse:sed illo fugato regnū obtinuisse.idē teste Aristote.in æthicis & politicis primus cretensibus leges dedit.
Minotaurus cū.i.latino &.t.exili scribit:dictio ē cōposita ex minoe & tauro:q̄si minois taurus. Nā ut scribit.Home.li.viii.odysseæ cū mīos bello cōtra athenienses & megarenses:q Androgeū filiū itemerāt detineretur:Pasyphe eius uxor a Venere:q̄ in sobolem Solis irata erat ad infaustum amorē formosi tauri compellitur:cum quo arte Dædali i uaca ligneæ corio amatæ uaccæ circumposta concubuit:ac grauida facta minotaurum genuit:dicente & Virgilio in sexto æneidos.

Contra elata mari respondet gnosia tellus.
Hic crudelis amor tauri:suppositа furto.
Pasyphæ:mixtumq; genus proleſq; biformis.
Minotaurus in ē:ueneris mōumēta nefandæ:idem
Et fortunatā si nunq̄ armēta fuissent. (ibu.
Pasyphæn:niuei solat amore iuuenci.

Quod cū resciuisset minos nostruosum filium ex uxore natū:qa media parte homo:& altera media taurus erat illū i labyrintho cōclusit:dicēte ēt Ouidio in.viii.metamor.

Quo postquam geminā tauri iuuenisq; figuram.
Clausit:& actæo bis pastum sanguie monstrum.
Tertia sors annis domuit repetita nouenis. Nā uictis athenien sibus iussit minos in uidictā Androgei illos quottānis septē ex filiis dare:quos minotauro deuorandos p̄bebat:dicente Virg.i.vi. Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi:miserum septena quottānis Corpora natoq;:stat ductis sortibus urna. Et ut nōnulli ferunt primis tribus annis plæbeioq; natos secūdis tribus annis populares.tertiis uero nobiles exhibuerunt:iter quos theseus sorte missus adiutorio Ariadnes mīotauq; iteremit: & ex ipso labyrintho euasit ac clā diffugiēs Ariadnē & phedrā sorores & minois filias trāsportauit: ut uidimus in dictione Ariadne.
Mīturne cum.i.latio &.t.exili scribit:fuit oppidū i cāpania habens propiquas paludes:in qbus Marius cū Syllæ rabiē effugeret detulit. De quo Iuue.i saty. Oibus i terris inqt Exilium & carcer mīturnarumq; paludes. Et mendicatus uicta Carthagīe panis:de mario loqtur:sed suboscure quædam tāgit:quæ explanatione īdigent:itaq; pro loci huius declaratiōe traducēdum duxi id plutarchi qd' in uita marii ad rē hāc spectare uī:cū narrauerit Plutarchus discessum marii ex mīturnis:qui fere nudus & oī auxilio destitutus abscessit:& delatū eū ad ænariam insulam dixerit. ubi Granium & amicos alios quosdā cōperit:prosequtur quēadmodum cū illis ad Hiempsalē numidaq; regē pro auxiliis nauigare decreuerat. Sed oīum egens cū & a q̄ inopia grauarē:ericem usq; silitiā maxīæ aquatum uenit ubi a locis eius:quæstore nonnullis ex sociis amissis uix ipse euadere potuit:qn comprænde retur:Sed ad nauē reductus ad mēingam īde insulā nauigauit:in qua certitudine suscepta de salute filii:qui cum Cethego erat paululū respirauit: iterim uenit in mentē petere Carthaginē:& hoc iō quia erat libyæ & eius urbis p̄fectus Sextilius uir quidem romanus sibi diui cognitus: qui licet a se hactenus neq; grata neq; ingrata suscæpisset: sperabat tamē illū quadā cōmiseratiōe i se cōmoturū & sibi ad minus in cōmeatu p̄sidio affuturū. quar Carthaginē attingēs cū paucis scolis naui egressus ē:Quod cū sextilius p̄fectus p̄sensisset: statim obuiā mario lectorē emisit:q illi quoq; nūtiaret ex aphrica q̄primū discederet:qđ si secus faceret:uelle se decretis senatus obtēperare: & romanoq; hostē habēr Quibus a lictor auditis magna marius mæsticia afficit:& īgēti dolore cōfractus īmobiles i lictorē oculos defixit:ac diu ītra silētiū se cōtinēs: repēsitabat casus acerbitatē:& cōmeatus necessitatē cōsiderabat. Sed īstante lictore ac īterrogante qd p̄fecto responderet. Marius tunc suspiriis ab alto pectore tractis & atrocis oculos in littore ītendens: i hac tandem uerba prorupit: nuntia Sextilo te uidisse. C. Mariū i ruinis carthaginis sedentem: exulēq; & panē mēdicātē. Nec plura dicens ad nauē q̄ primū rediit. Hæc ex Plutarcho traducere uolui: ut id Iuue. itelligi possit. Et mendicatus uicta Carthagine pāis:hoc ē apud Carthaginē uictā qa in ipsius Carthaginis ruinis nec īpetrare ualuisse.
Myoparo cū.y.græco scribit:gēus ē nauis q̄ piratæ uti cōsueuerāt:a q̄ & ipi myopatrones uocati sunt.
Myoparones cū.y.græco scribitur:dicti sunt piratæ ut i p̄cedenti dictione uidimus.
Myophones cū.y.græco scribit:dī myon.i.muriū interfector:quo noīe nōnulli aconitū uocauere:ut in ea dictione uidimus.
Mipsæi prīa cū.i.latio seq̄ns cum.ps.seq̄nte.æ.diph. scribit:populi sūt thraciæ:ut oīdit He.i.li.iiii.hi.
Miractiū cū.i.latio &.c.exili scribit. Nōnūq̄ ab antiq̄s habitū est in usu:& adolescentulum denotat.
Myriādrus prīa cū.y.græco:seq̄ns cū.i.latio scribit nomē est uiri propriū.qđ decē milia uir significat.
Myrica prima cū.y.græco:seq̄ns cū.i.latino & ultima cū.c.exili scribit:gēus ē uirgulti humilis: ut dixit Ser.qđ apud nos genestā qdam dici putāt. Ideo ait Vir.in bucolico.humilesq; myricæ.
Myrmix prima cū.y.græco seq̄ns cō.i.latino scribitur:dicitur apud nos formica.
Myrmidones prīa cū.y.græco:seq̄ns cū.i.latino scribit:populi fuerūt thessaliæ a myrmidōe Iouis filio & eorū duce cognominati:ut scripsit Heratost. Ser.uero sup.ii.æneid.librū dicit fuisse i attica regiōe puellā myrmionē noīe:ob solertiā & castimoniā mīeruæ gratā:q̄ cū aratrū i odiū Cereris a minerua cōditum hominibus demonstraret.a turbata minerua i formicam uersa fuit.q græca lingua mirmyx dicitur.quā danauit ut nunq̄ desisteret a cōgregādis granis sed quia aduenīente peste i ægina īsula e formicis deinde populi restituti sunt: Vt late narrauit Ouidi.libro metamorpho. populi illi dicti sunt myrmidones.
Myrmilon eodē mō ut superior dictio scribitur:fuit histrionis nomen ut Iuue. Aut myrmilonem ex

primat infans: & a myrmice quæ latinæ formica dicitur: quasi ferentes micã descendit.

Myron cũ .y. græco scribit: fuit teste Pli. li. xxiiii. na. histo. statuarius Eleutheri natus: & Hegesiladis discipulus. Etiã myron apud græcos quod a nostris unguẽtũ dicit: & ut dixit Pli. in initio lib. xiii. unguenta qs primus iuenit non tradit: iliacis temporibus non erant nec ture supplicabatur: cedri tãtum & citri suorum fructicum & in sacris fumo conuolutũ in nidorem uerius q̃ odorem nouerãt iã rosæ suco recæpto. Et subdit primum qd̃ equidẽ inueniã castris Darii regis expugnatis i reliquo eius apparatu Alexander cæpit scrineũ unguẽtorũ. Et i seq̃ntibus ingt: unguẽtis cognomia dederunt aliis patriæ: aliis succi: aliis arbores: aliis cãæ: & ut alibi ait, fuit unguẽtaria uoluptas ẽt a rõais iter lautissima: atq; ẽt hõestissima uitæ bõa admissa.

Myrapia pria cũ .y. græco & pẽultia cũ .i. latio scribitur gẽus ẽ pyrorũ sic quoq; teste dictorũ Pli. lib. xv. qa odorẽ gratissimũ gerũt: unde a mirõ deducit: quasi odorem redolentia.

Myrobalanũ cũ .y. græco. &. o. ante. b. &. a. ãte. l. scribit: fructus ẽ teste Pli. li. xii. na. hist. arboris q̃ heliotropiũ uocãt: magnitudinẽ auellanæ nucis Cõmunis trogoditis: & thæbaidi: & arabiæ: q̃ iudeam ab ægypto distermiat. Noscẽtibus unguẽta cognitus ut ipo noie apparet. Nã μύρον unguentũ designãt & βαλανος nucẽ seu glãdẽ: unde alio in loco de quodam palmarum fructu ingt rotundi sunt: & quã balanis similiores: & illum esse puto: quẽ alibi phœnicobalanum uocauit.

Myronides prima cum .y. græco scribitur: nomen fuit proprium uiri athenien sis.

Myrtus cũ .y. græco &. t. exili scribit & nõ cũ .th. aspirato ut qdã putauerũt: arbuscula est nobis notissima: & ut dicũt poetæ ueneri sacra: & hoc teste Ser. sup. ii. geo. uel qd̃ gaudet littoribus: & Vẽus de mari dr̃ pcreata: uel qd̃ ut modicorũ idicat libri apta ẽ mulierũ necessitatibus plurimis: eadẽ teste Pli. li. xv. na. hi. primũ Celænis i Elpeõris tumulo uisa tradit & eodẽ li. ait: uirgæ: quoq; eius gestate uiatori. pediti i longo itiere prosunt. Hac ẽt coronabãtur ouantes: ut uidebius in dictione stemma.

Myrsus pria cum .y. græco scribit: fuit pater Candaulis: ut in ea dictione uidimus.

Myrsius cũ .y. græco: seq̃ns cũ .i. latio scribit: fuit teste Hero. li. i. hi. ille idẽ q & Cãdaules dictus fuit.

Myrtilius pria cũ .y. græco: seq̃ns cũ .t. exili &. i. latio ultia cũ unico. l. scribit. fuit teste Igi. i li. de astronomia poetica Mercurii filius ex Clytia. & Oenomai regis belidis: & pisæ auriga: a Pelope i mare proiectus: unde pelagus mytroum nomẽ assumpsit ut in dictione Hippodamia uidimus.

Myrtoũ cũ .y. græco: &. t. exili scribit: pelagus est ps maris: ægæi nomẽ ab Myr. accipiẽs q i illo piectus fuit. Ho. i. ca. Myr. pauidus nauta secet mare.

Myrrha cũ .y. græco & duplicato .r. atq; secũdo aspirato scribit: fuit cynaræ cyprorũ regis ex Concrea cõiuge filia: q̃ id illa ꝓcuráte a pre iscio effecta gratuida. atq; dei de recognita: eius irã i sabæã diffugit ubi deorũ cõmiseratiõe i arborẽ sui nois transformata fuit. Cuius pariendi tpe istante: & agente solis calore Adonem peperit: quẽ nymphæ liquoribus unxere maternis. atq; adhibita diligẽtia nutriuere: ut late oĩa ptractauit Oui. li. meta. x. hanc arborẽ referẽte Pli. na. hi. xii. in eisdẽ siluis cũ ture p mixta nasci tradidere nõnulli: plures separatim: & multis i locis arabiæ gignit. Estq; arboris altitudo ad qnq; cubita: nec sine spĩa: caudice duro & i torto crassiore q̃ turis. & ut ipe Pli. dixit nõ dãt ex myrrha sabæi portionẽ deo quoniã & aꝑ alios nascit.

Myrrhina cũ .y. græco & duplicato .r. atq; secundo aspirato subseq̃nte. i. latio scribit. Nõnulli uero ex latinis illud .y. græcũ in .u. nostrũ cõuertunt ac scribunt murrhina, quã humorẽ subterraneum eẽ dixit pli. lib. xxxvii. na. histo. & sub terra calore densatum: dixitq; habere nitorẽ potius q̃ splendorem. Sed in principio uarietatẽ colorũ esse subide circũagentibus se maculis in purpuram cãdoremq; : & tertiũ quẽdam ex utraq; igneſcẽtem ueluti p trãsitum coloris purpuræ aut rubescẽtẽ lacteo. Sunt qui maxime in his laudant quosdam colorum repercussus: quales in cælesti arcu spectantur: maculæ pigues placent: transluc ere qcquam aut palere uitium est. Et ut idem auctor ait myrrhinam primus in urbem Pompeius ex uictoria mitridatica inuenit. Eiusq; lusum in pocula excrescere quotidie. fuisseq; Romæ myrrhinum calicẽ. lxx. talentis emptum: capacesq; ad sextarios tres idem auctor rettulit. At Titum petronium consularẽ trullam myrrhinam trecẽtis talentis emptã morituꝝ fregisse Neronis inuidia: rettulit etiam ipse Plinius se annumerari uidisse unius scyphi fracti mẽbra q corporis Alexandri magni cõditoriũ fuit: Oriens myrrhinã mittit. Inuenit ibi in pluribus locis: nec in singulis præcipue in carmania.

Myrina prima cũ .y. græco seq̃ns cũ unico .r. &. i. latio scribit: fuit teste Home. i. ilia. urbs i æolia.

Myrsinus pria cũ .y. græco seq̃ns cũ .i. latio scribitur fuit teste Home. li. ii. ilia. ciuitas i peloponneso.

Myson cũ .y. græco & unico .s. scribit: fuit teste Hermippo cheneus pria: sed floruit Athenis philosophus isignis: hũitq; teste Sisocrate patrẽ Strimonẽ noie. quem tyrannũ fuisse aiunt. Huius opera Pisistrato tyranno ascripta creduntur.

Mysia pria cũ .y. græco seq̃ns cũ unico .s. &. i. latino scribitur: prouicia est phrigiæ adiacens helesponto: teste Pli. lib. v. natu. histo. conterminam habet æoliã: in qua ciuitas ẽ mœsia dicente Seruio super primum georgicorum: mysia prouincia est mœsia uero ciuitas haud longe a troia: de qua i dictione uidebimus.

Mysteriũ pria cũ .y. græco: seq̃ns cũ .t. exili scribitur: & teste Clemente in stromatibus μυστος qd̃ ẽ odium deducitur. Apolodorus uero ut ait a myunte quodam atteo qui uenãdo periit nomen funebris honoris accæpisse. Itaq; uri orgia abusiue pro solis bacchi sacris poni consuetum est.

Mysticum eodẽ mõ scribit: & a mysterio deducit: at ministeriũ a ministrãdo latinum est.

Misis cũ .i. latio scribit: fuit teste Hero. libro historiarum. ii. primus ægypti rex.

Mitylene pria cum .i. latio: seq̃ns cũ .t. exili &. y. græco scribit: insula est nobilis i ægæo mari alio nomi

ne lesbos cognominata: unde lesbides patronymi/
cū fœminīnum: qđ in prima detinet accentum: ut
Oui. Lesbides euersa corpora capta domo.
Mithridates prima cū .i. latio: sequens cū .th. aspira/
to: &.i. latio: ultia cum .c. exili scribit: fuit rex pōti:
& filius pharnacis regis parthorum & romanoꝝ
amicissimus: q & filiū hūit Mithridatē romanoꝝ
hostē: & ter a romāis uictū. Nā ut ait Pli. li. xxv. nat
tu. hi. quottidie Antidotū cōtra uenena sumebat
adeo ut cū q̄dragīta sex annis cū romāis bella fo/
uisset: ut latæ ostēdit Iu. li. xxxviii. tribus demū in
gētibus bellis fœlicitate Sylle: uirtute Lucul. & Pō
pei magnitudīe uictus eēt: & tā mortē sibi īferi de
creuisset: ut dixit Gel. li. xvii. & frustra uiolentissi/
ma uenēa sumpsisset. ultio gladio se trāsfixit. Plin:
uero nepos i li. de uiris illustribus dixit illū uene/
nū sumpsisse quo tarde agēte pcussorē gallū atroci
uultu territū reuocauit: & i eadē suā manū tripidā
tis adiuuit. Alii uero acutissimo uenēo extēctū il/
lū fuisse asserūt. Quos Luca. secutus i. i. li. ait Post
cilicas ne uagos & lassi pontica regis. Prælia barba
rico uix consumata uenēo. De cuius singulari me
moria uidebius i dictione Themistocles.
Mitra cū .i. latīo &. t. exili scribit: nomē est barbarū:
Eratq; teste. Ser. super. iii. æne. īcuruus pilleus de
quo ut ait pendebat baccaꝝ tegmen: quo phrygii
& lydii utebant: ideo Hiarbas i Aeneam dixit apd
Virg. præfato libro Meonia mentū mitra crinēq;
madentē. Subnixus. Et Iuue. ite qbus grata est pi/
cta lupa barbara mitra.
Mythus cū .y. græco &. th. aspirato scribit: apd nos
ītērptat fabula. & ide mythicus fabulosus & fuit
fabulādi cōsuetudo teste gellio a græcis primū cō
pta: quoꝝ leuitas īstructa dicēdi facultate & copia
īcredibile ē q̄tas mēdaciꝝ nebulas excitauerit.
Mnestheus cū .n. post. m. &. th. aspirato sequēte. eu.
diphthōgo scribit: nomē fuit ppriū uiri troiani:
ut Virg. i. æne. Mnestheum uocat: fuitq; ex do/
mo regia ab Assaraco genus trahens: ut idē i. xii.
Et genus assarici mnestheus. Nōnunq; uero cā me
tri addit imediate post. m. alterum. e. & dī a poetis
menestheus: ut Virg. i. x. Nec litio genitore minor
nec fratre menestheo: nec aliter uersus stare posset
ut ēt Seruius annotauit: atq; i ultia syneresim fecit
ex. e. &. o. pp rectam scansionem.
Mna cū .n. post. m. i eadem syllaba scribit id dī qđ
nostri minam uocant: q̄ teste Varrone & Priscīão
unam continet libram.
Monas cū unico. n. scribitur: dī a nostris unitas &
monos unus.
Monachus cū .ch. aspirato scribit: & a monos dedu/
citur: atq; a nr̄is solitarius dici pōt. Vnde & mono
culū unicū habentem oculum dicimus.
Monarcha cum .ch. aspirato scribit dī a nr̄is unicus
princeps: μονος. n. solus: & αρχος princeps dī: &
monarchia unius principatus.
Monacris cū .c. exili scribit: mōs est arcadiæ q̄si μο/
νηακρια idest sola sumitas.
Monychus cū .y. græco &. ch. aspirato scribit nomē
cētauri ppriū: ut latini poetæ: attestant: atq; cōpo
sitū ex μονος & ονυξ quasi solus siue unicus un/
guis: Nō. n. erat ei pes aut unguis ut bobus: sed ut
eq̄s. At in cōpositione a prio noīe ultia auferē sylla
ba: uidelicet νος.: & remāet mo cū o micro: quod
naturaliter sp est breue: secūdū uero nomē simili/
ter ab. o. micro īcipit: q̄ duo breuia iuicē coniuncta
p syneresim unū. ω. mega cōficiūt: qđ sp est longū.
Vnde ab Homero scribit μόνυξ cuius genitiuus
μώνυκος. a quo poetæ nostri nomē ipsum ppriū
formauerūt: uidelicet monichus cū pria longa. ut
Iuue. i pria saty. Quantas iaculetur monychus or/
nos: & Ouidi. viii. metamor. Monichus exclamat
Lucanus similiter libro sexto.
Aspera te pholoes frangentē monyche saxa.
Teq; sub oetheo torquētē uertice uulsas.
Rhete ferox q̄s uix boreas iuerterēt ornos: & hoc
uel quia uterq; potuit & saxa uellere & ornos iacu
lari uel Iuue. mōichū pro Rheto posuit: ut Vir. i.
æne. Teucꝝ pro Dardano: in bucolico. Philomenā
pro progne: & in li. geor. iii. Pollucē pro castore. sa/
ne Home. non ppriū illud. sed appellatiuū posuit:
uidelicet pro epitheto equoꝝ: cum ait in. v. iliados
αυτωτεκτεινη καιελασηι μωνυχουσ ιππουσ:
hoc ē si dicere possēus unguichios equos cū pria
lōga: a quo poetæ nr̄i ppriū deduxerūt: atq; eodē
mō productam primam seruauerunt.
Monymus cū .y. græco scribit: fuit mēsarii cuiusdā
corithii famulus ad quē cū Xenides: q Diogenem
emerat sæpe pgeret: & laudes eximias uiri: quem
emerat p̄dicaret: monymusq; sæpissime illū audi/
ret: i Diogenis desideriū tractus finxit se insanū: &
monetā spargere cœpit: q̄re a domino repudiatus
ad Diogenē se contulit: cuius doctrinam secutus
euasit uir eloquens: & doctus: de quo menāder co
micus mentionem facit.
Monomachia cū .ch. aspirato &. i. latio scribit: dī a
nobis singulare certamen. Nā cōponit ex monos
quod singulū denotat: & machia quæ est pugna.
Monosceli cū .c. exili seq̄nte. e. sine diphthongo scri/
bit: hoīes illi dicebant teste Pli. li. vii. na. hi. q singu
lis cruribꝫ nascebāt: & mir̄ pnicitatis ad saltū erāt
nā dictio ē ꝯpo. ex monos qđ ē ūicū: & σκελος crus
Monœcus p̄ultia cū .œ. diph. & ultia cū .c. exili scri/
bit: portus ē i liguria: sic quoq; ab Hercule cogno/
mīatus: de quo Vir. li. æne. vi. Aggeribꝫ socer alpi/
nis atq; arce monœci. Nā cōponit ex monos q ē so
lus: οικος domus. Et teste Ser. iō putāt Herc. sic di
ctū: uel qđ pulsis oībus illic solus hitauit: uel qđ i
eius tēplo nūquā aliqs deoꝝ simul colit: sīc ī tēplo
Iouis colit mīerua & Iuno: ī tēplo uene. Cupido.
Monoptotō absq; aspiratiōe scribit dici p̄t unus ca
sus. Nā cōpōit ex monos q ē un. & πτοσις casus.
Monoxyla cū .y. græco & unico. l. scribit: designat
apud nos ea q̄ tantummō sunt lighea: monos eni
solum: & ξυλα ligna dicuntur.
Molossa cū unico. l. & duplicato. ss. scribitur: regio ē
Europæ q̄ postea Epirus dicta fuit: ut i ea dictiōe
uidius Oui. i. i. me. Nec cōtētus eo ē. missi de gēte
molossa Obsidis unius iugulū mucrōe resoluit: at
i molossa bonos cães nasci cū a multis referē: tū ab
Hor. i epo. nā q̄lis aut molossus: aut fuluus lacōica
uis pastoribꝫ agā p altas aur̄ sublata niues q̄q; pce/
det fera. & Vir. i. iii. ge. Nec tibi cura canū fuerit po
strēa: sed una Velocis sparthæ catulos acrēq; mo/

lossum pasce sero pingui: sed in canibus spartháis seu laconicis uelocitas: in molossis fortitudo laudat. Et ide molossus dictus est pes qdam i metro ab ea patria saltatione cognominatus.

Molorchus cũ ch aspirato scribit fuit teste Seruio sup. iii. geor. pastor iuxta nemeã siluã habitãs: q uenienti herculẽ ad occidẽdũ nemeũ leonẽ hospitio excæpit: & iterũ ptat uix testiculos habẽs: nã μόλις est uix: & ὀρχὸς testis. Occiderat enim unũ ex duobꝰ filiis nemeus ille leo & ipse senex erat.

Molus cũ unico l scribit: fuit teste Home lib. xi ilia. uir cretẽsis: & meriõis aurigæ idomenei pater.

Mœris pria cũ œ diphthõgo: seqns cũ i latio scribitur: nomen fuit regis cuiusdã Aegyptii: ac pastor q dam ponitur a Virgilio.

Mœrichus pria cũ œ diphthõgo. seqns cũ i. latino: ultia cũ ch. aspirato scribit: fuit nomẽ uiri ppriũ.

Mœdoria cũ œ diphthongo scribit: dicit a nostris dicacitas: seu mordacitas.

Mœsia cũ œ diphthongo & unico s seqnte i latino scribit: fuit teste Seru. super. i. georgi. ciuitas haud lõge a troia: & ut ostẽdere uidet Macrobius nõ distans a gargaris oppido in radicibus mõtis idæ. nã ut Virgi. ait i. georgicorum libro.

Humida solstitia atq hyemes oratæ serenas.
Agricolæ: hiberno lætissima puluere farra.
Lætus ager nulllo se tantum mœsia cultu.
Lactat & ipse suas mirantur gargara messes: hoc ẽ ois regio quæ hyemes habebit serenas: & solstitia hyemũ humida fructus optiæ producet. Et hæc quoq agris adeo necessaria sunt: ut sine his: nec illi natura fœcũdissimi mœsiæ: aut gargaroꝰ agri positi i imis radicibus idæ mõtis defluentis. unde humoribus irrigant opinioni fertilitatis respõsuri sunt. Nã gargara teste Ephoro li. histo. v. Et Arato i li. q dr elegion: oppidũ ẽ ad radices mõtis idæ cuius ẽt cacumẽ eodẽ modo gargara uocitatur ut Epicarmus in fabula quæ iscribit: troes ostendit: Homerus ẽt pro excelsissimo montis loco gargara posuit: Et teste Pli. lib. xvii. natu. histo. licet hæc hyemis serenitas messibus conueniat: non tamen arboribus expetenda est: cuius euidens causa quoniã arbores fœtu exinanitas: & folioꝰ quoq amissiõe languidas: naturale est auide efurire: cibus ãt earum est imber. Et infra concludens ait. Qui ergo dixit hyemes serenas optandas non arboribus uota fecit. nec per solstitia imbres uitibus conducunt: hæc ille: qui & plura de his psequitur. Est ẽt Mœsia cũ œ diphthõgo prouicia iuxta macedoniam Pãnoniæ conterminã: quam superiorẽ mœsiam uocant: & est alia quæ inter danubium uersus orientem usq ad tyras fluuium protendit: q mœsia inferior uocitatur.

Morphosis cũ ph aspirato & i. latio scribit: dr a nostris mutatio: & ideo morphea ea dicitur infirmitas: qua mutatio fit coloris in colorem. aliquando tumorem: & inde metamorphosis transmuratio seu uerius transformatio.

Mucro cũ c. exili scribit: qdã græcũ dicũt: & a μάκρον quod est longũ deducunt. Nã ut ostẽdere uidet Seruius sup. xi. æneidos: ps ẽ lanceæ opposita cuspidi: unde cum in pallantis funere dispositum esset Aeneas uersis arcades armis ait Ser. lugentiũ more Mucronẽ hastæ non cuspidem cõtra terrã tenẽtes erãt scuta ẽt iuertẽtes ppter numina illic depicta: ne eoꝝ simulachra cadaueris polluerentur aspectu cũ lugẽtiũ mos sit prioris habitus imutatio itaq & si mortuis salue atq uale dicerẽt: ut Aeneas ibidẽ: Salue æternũ mihi maxie palla: Aeternũq uale. Nõ id teste Varrõe dicebãt: qd aut ualere: aut salui eẽ possent: sed qd ab his recedius eos nũq uisuri: unde ortũ ẽ teste Ser. ut ẽt maledicti signationẽ iterdũ uale obtineat: ut Terentius ualeãt q inter nos discidiũ uolũt hoc: ẽ ita a nobis discedant ut nunq ad nostrũ reuertat aspectũ. Ergo i uerbo uale qd mortuo dicebat: nõ etymologica cõsiderãda ẽ: sed cõsuetudo: qd nullis uale dicimus: nisi a quibus recedimus: Quare Donatus exposuit super Terẽtio in andria ubi dicit. Valeãt q inter nos discidiũ uolũt: hoc est habeant recedant: qa descendentibus & mortuis uale dicimus: uel potius cum male operaturus esset considerato patre honestus locutus est: & nõ dixit qd itereãt pereãt: & attẽde quod moderate pluraliter dixit cum significaret patrẽ: ualeat renũciatiõis: & ipræcationis ẽ uerbum. hæc ille.

Mulctra cũ ct. sine aspiratiõe scribit: de quo Gellius circa initium libri. xi. noctium atticarum ingt uocabulum ipsum mulctæ. M. Varro in unde uigesimo rerum humanarum: non latinum: sed sabinũ esse dixit. Idq ad suam memoriam mãsisse ait in lingua samnitum: qui sunt a sabinis orti.

Mullus cũ duplicato l. scribitur: genus est piscis: qui græce myllos cum y græco scribit: de quo Iuuenalis. Mullum sex milibus emit.

Muræna cũ unico r. & æ diphthõgo i penultia scribitur genus ẽ anguillæ: quã Pli. ix. na. hi. dixit quo cũq mẽse pere: & cæteri pisces statuto tpe pariãt. Oua eius ut ait citissime crescũt. Refert ẽt murænas ipsas in sicco littore elapsas uulgus coitu serpẽtum ipleri putãt. Et i eodẽ lib. dixit meliores apud nos i freto siculo capiunt: qd luue. tetigisse uidet cũ ait in. v. saty. Byrrhoni muræna datur: q maxie uenit Gurgite de siculo Dixit ẽt Pli. li. xxxii. murænã hr aiam i cauda: eaq icta celerrime exanimari: a capitis uero ictu difficulter: Et alibi i eodẽ li. murænaꝝ ingt uiuariũ priuati excogitauit ante alios currus: q cœnis triumphalibus Cæsaris dictatoris sex milia nũero murænaꝝ appendit: & ifra subdit apud baulos i parte baiana piscinã hũit Hortẽsius orator: i q murænã adeo dilexit ue examinatã flesse credatur. Et pseqtur in eadẽ uilla Antonia Drusi murænæ: quã diligebat i aures addidit cuius pp famã nõnulli baulos uidere cõcupiuerunt.

Mus græce scribitur mys: sed nos: illud y græcũ in nostrum u cõuertius: & dicius mus q latie sorex dicitur a corosiõis sono: & facit apud nos diminutiuum musculus cum. c. exili.

Musio cũ unico s. & i. latio scribit. dicitur & a græcis & a nostris catus: q si κάυτος ideſt cautus. Sed ideo musio dictus quia muribus sit infestus.

Muschus cũ ch aspirato scribit: aial est ad similitudinẽ muris binos tãtũ modo dẽtes ex parte supioris mandibulæ: & totidẽ ex parte inferioris detinẽs: suntq flexi ad iteriora: iuxta cuius umbilicũ nasci

ἐννέα δυνάτερες Μενάνου διὸς. Hesiodus

tur ſanguineū a poſtrema iter carmen & coriō:qđ cū pelle ablatū præcioſum muſcum ꝯficit.

Muſtela cū.t.exili & unico.l.ſcribiť: dici põt a nr̄is ſorex longus:nā telon græce latīe longū dicitur.

Muſa cū unico.ſ.ſcribiť:& diciť teſte Herodiano a μοσθαι:quod eſt inquiſito: has nouem poetæ fuiſſe dixerunt:ut Heſio.in theogo. ἐννέαι γατερες μεγαλοὺ Διὸς.hoc eſt nouem filiæ magni Iouis idem Homerus libro.ii.iliados. Sed ponit Heſio. earum nomina tribus in his uerſibus.

κλίω τευτερπή τε θαλείᾳ τε μελπομένη τε
τερψιχορή τε ερατώ τε πολυμνί α τε ουρανίη τε
καλλιόπη θ᾽ηλέπροφέρεσ τα᾽ηεσ τίν ἁπασάων.

Clio Euterpe Thalia Melpome Terpſi chore Erato Polymnia Urania Calliope

Et expõunť a cõmẽtatoribus græcis ita:ut Clio diťa a Cleos quæ ẽ gloria ex rebus ſcilicet geſtis: ob qđ hiſtorica ab illis dr̄. Et nõnulli ex nr̄is. Clio geſte canens trāſactis tpa reddit. Euterpe delectās in terp̄tatur:& tibicīaria poniť:a græcis: q̄re ex nr̄is quidam ait: Dulciloqs calamos euterpe flatibus iplet. Thalia a latinis qbuſdam iterp̄tatur capacitas. ſed a græcis comœdia uocatur:ut Comica laſciuo gaudet ſermone thalia. melpomene uero ut meditationē faciens ab illis tragica nuncupatur:ut melpomene tragico proclamat mæſta boatu. Terpſichore exultās traducitur.ideoq; ab illis cithariſtria nūcupaťut dulcia terpſichore citharis modulamīa miſcet: Erato amore cātas ut cū plectris erato ſaltat:cāit ambulabat:& ſtat Polyhymnia multæ memoriæ dr̄.& ob hoc Rhetoricos dictat Polyhymnia muſa colores: Urania cæleſtis iterp̄taťe: & aſtrologia a nobis dr̄:ut Urania cāit cælos:& ſydera tāgẽs. Calliope uero pulchr̄ carmen dici p̄t: & ob hoc poeſis a græcis cognominať: ut carmīa Galliope libris heroica mādat:q̄ p̄cellere aliis dixit Heſio.i ultīo uerſu:quē iduxīus: Quod iō fieri ex poſuit cõmẽtator Ariſtarchus:q; reliq̄s oēs ītra ſe continet. Et cū hoc diuīnā quādā metro uim ſup addit:at uero poetæ nõnunq̄ proprietates has confundẽtes unā pro reliq̄ ponunt. Hanc mater Theſpis dicta fuit:unde & muſæ ipſæ theſpiades a poetis uocitanť. Ouid.v.metamo. Theſpiades certa:e deæ:dicunť ẽt pierides a nouā natabus Pieri:q̄s canẽdo uicerunt:ut Vir.i bucolico: Dicite pierides. dicunť etiam libetrides a fonte libetrio illis ſacro: qui teſte Solio eſt in magneſīa:uel ut alii nonnulli uolunt a monte Aetholiæ Virgilius in bucolico: Nymphæ nr̄ amor libetrides dicuntur & aoniæ ut in ea dictiõe uidimus:quin & pegaſides a fonte pegaſeo:de quo in dictione meduſa uidimus: Sappho ad Phaonẽ: At mihi pegaſides blādiſſima carmina dictant. Sunt nõ ſolū fontes ſed ẽt mõtes dicati muſis:ut Vir.in.iiii.geor. Sed me parnaſſi deſerta per auia dulcis: Raptat amor.& alibi Pandite nunc helicona deæ. Similiter Ouidius Virgineus helicon.

Muſæus cū unico.ſ.&.æ.diphthõgo i penultīa ſcribiť: fuit poeta antiqſſimus:& iſignis apud græcos & tpe Orphei:ut Orpheus ipſe i argonautica atteſtaťe: īmo & unū ex argonautis fuiſſe oſtẽdit. hunc nonnulli filiū fuiſſe Apollinis atteſtanť: Alii Eumolphi cuiuſdā filiū dicūt.īducūtq; i teſtimõiū illius epitaphiū his uerbis traductū: Eumolphi dilecti filiū hẽt phalericū ſolū muſeū corrupti corpe ſub hoc tumulo. huius iucūdiſſimū poema cõperi de amore Leandri:& Herodo.

Muſicus cum.i.latino:&.c.exili ſcribitur: & a muſa deducitur.

NAe cum.æ.diphthongo ſcribitur:dictio græca ẽ:& p utiq; ac certe poniť: ut apd Terentiū i andria: næ illa illum haud nouit.idẽ ait:faciunt ne intelligẽdo:ut nihil intelligant:quaſi faciūt p̄fecto: Cicero de oratore libro terrio:næ ille haud ſane: quēadmodum uerba ſtruat: & illum īet a magiſtris iſtis requiret. Et cum apud græcos licet cum diphthongo ſcribať: breuis ſit: apud noſtros etiam eandem regulam obſeruat: & breuis more græco a nr̄is poetis ponitur: Virgilius.

Nabathea cū.th.aſpirato ſcribitur:regio eſt quæ ab Arabia incipiens:quā intra ſe continet uſq; ad mare rubrum ex latere dextero. & perſicum ſiniſtro: atq; ex ſuperiori parte in indicum protendiť:& ut ſacræ litteræ atteſtanť a Nabaoth primogenito Hiſmaelis nomẽ accæpit: declinanturq; hæc nabathea huius nabatheæ regio: & inde nabatheus nabathea nabatheum. Ouid.lib.meta.i. Eurus ad auroră nabatheaq; regna receſſit:eadem olim mittebat elephantes:ut luue.in ſaty. Atticus eximie. dẽtibus ex illis quos mittit porta ſyenes.

Et quos depoſuit nabatheo bellua ſaltu.

Nanus prīa ac ſecunda cū unico.n.ſcribiť: græcum eſt uocabulū teſte Gellio in.xviii. noctiū atticarū: quo uocauerunt breuī atq; hūili corpe hūiles paululū ſupra terrā extātes quos latīe põiliões dicius

Narciſſus cū.c.exili &.i.latīo atq; duplicato.ſ. ſcribitur: fuit Cephiſi fluuii ex lyriope nympha filius formoſiſſimus.de quo Ouid.in.iii. meta.li. fabulā oēm elegantiſſime ptractauit: tetigit ẽt Statius in vii.thebai.& Seneca i Hercule furẽte. Sed alius fuit narciſſus Claudii īperatoris libertus potẽtiſſimus ſane apud principẽ: uidimus i dictiõe Meſſalina. Et ditiſſimus ut oſtẽdmus i dictiõe creta: unde ait de illo Iuue.in ſaty.q̄ incipit Plurima ſunt fuſcine ubi ait.

Quod ſi nõ ſufficiunt tibi ſextertia quadraginta.
Nec croeſi fortuna unquam:nec perſica regna.
Sufficient animo:nec diuitiæ narciſſi.
Indulſit cæſar:cui claudius omnia:cuius.
Paruit imperiis uxorem occidere iuſſus: ut uidimus in dictione Meſſalia.

Naritia cū.t.exili &.i.latino utrobiq; ſcribiť: fuit inſula in mari ionio ex regno Vlyxis.

Naſamões cū unico.ſ.ſcribiť:populi ſūt i libya iuxta auſchiſeos ex uno latere:& littora ſyrtiū habitātes ex altero. Et ut ſcribit Hero.i.iiii.hi. Siquæ naues īfœliciter actæ uenerint ſyrtibus īuolutæ eas ſpoliāt. Sicque p rapinā cū aliis habẽt cõmertia ſpoliādo. Quod Lucanus tetigit in octauo cū ait.

Hoc tam ſegne ſolū raras tamen exerit herbas.
Quas naſamõ geos dira legit.quæ proxīa ponto.
Nudus rura tenet:quem mundi barbara damnis.
Syrtis alit:nam littoreis populator arenis.
Imminet:& nullos portus tangente carina.
Nouit opes:ſic cum toto commertia mundo.

Naufragiis naſamones habent. Idem Plinius in. v. natura. hiſtoriæ confirmauit.

Naſtes cum. t. exili ſcribitur fuit frater Amphimachi: & filius nomionis: & teſte Homero in. ii. iliados ex his unus q̄ troianorum auxilia conuenere.

Nauci cū. au. diphthongo &. c. exili atq; i. latīo ſcribitur: ſignificat putamen nucis: & pro nihilo accipitur. Plautus in muſtelaria: Qui homo timidus erit in rebus dubiis nauci non erit: īdē ī truculēto Tympanotrimpa amas hominem non nauci.

Nauis a græco deſcendit quod eſt ναυς.

Nauigium cum. i. latino ſcribitur: dicitur nauis ductio: nam cum ἄγω: quod eſt duco componitur.

Nauta cū. t. exili ſcribit̄: & ſæpe ab antiqs nauita dī.

Nauclerus cum. c. exili ſcribitur dici poteſt nauicularius: quaſi nauis cleros ideſt ſors. Idem ēt græce nauarchos per. ch. aſpiratū. i. nauis prīceps dicit̄.

Naumachia cum. ch. aſpirato &. i. latino ſcribitur: dī a noſtris bellum nauale: ſeu magis prælium. Et cō ponit̄ ex ναυς: quod eſt nauis: & μαχη bellum.

Nauſica cum. i. latino &. c. exili ſcribit̄: & apud Homerum duplicatur aliquando. a. īfine: ac dicit̄ nauſicaa fuit Alcinoi phæacū regis filia: dicente Homero. v. odyſſeæ ναυσι ἡχαα τυγατηρ μεγαλη/τορος ακοιvοιο: hoc eſt Nauſicaa filia magnanimi Alcinoi: unde ait Martialis in duodecimo.

Si mihi nauſica patrios concederet hortos.
Alcinoo poſſem dicere malo meos: de qua ī dictione Aeneas uidimus.

Nauſithous cum. i. latino &. th. aſpirato ſubſequēte. o. uocali ſcribitur: fuit Neptuni filius ex Periboa Eurymedontis filia: ac Homero teſte lib. vii. odyſſeæ. Alcinoi phæacum regis pater.

Naxos cum. x. conſonante ſcribitur: īſula eſt ī mari ægæo una ex cicladibus cunctas alias uini fertilitate exuperans: unde Virgilius ī tertio æneidos īquit

Bachantumq; iugis naxon.

Neæra prima ſine diphthongo: ſequens cū. æ. diphthongo ſcribitur: nomē eſt fœmīæ: quæ teſte Homero li. xii. odyſſeæ: peperit Soliduas filias phætuſam ſcilicet: & Lampeciam: quæ armēta Solis trāſſieunte Vlyxe iuxta Siliciam oſtendebat: unde eodem modo ſcribendum cum apud Virgiliū ī bucolico: Ipſe neæram dum fouet.

Nebrodes cū. e. abſq; diphthongo &. o. poſt. r. & ante. d. ſcribitur: dicunt̄ ꝓprie apud græcos damarum pelles: a qbus baccantes ipſæ cognominatæ ſunt qa illis utebātur ut uidebimus ī dictione orgia.

Nectar cum. c. &. t. exilibus ſcribitur: dī deorum potior: q̄ teſte Feſto a nr̄is murrima dicebat̄ & ut qdā putant: ex uuæ genere murrinæ cognomiata.

Necos cum. c. exili ſcribitur: fuit teſte Homero lib. hiſto. ſecundo filius Pſammetici: & ægypti rex cui filius Pſammis ī regno ſucceſſit.

Neiphyle ſecunda cum. i. latīo: ſequens cum. ph. aſpirato &. y. græco ēt cum unico. l. ſcribitur.

Neleus prima cum. e. abſq; diphthongo & unico. l. ſcribit̄: fuit rex ī Pylo: & teſte Homero ī. xi. odyſſeæ habuit uxorem Chlorim: ex qua genuit neſtorem: Chromium: Periclymenē: Agerochū: & peronam. Et ut Neſtor ipſe apud Homerum ī. xi. iliados enarrauit: Hercules eius domū: & patriā euertit: ita ut ex duodecim fratibus ipſe ſolus remanſerit: & a neleo patronymicum nelides deriuatur.

Neomenia abſq; aliqua diphthongo & cum. i. latino ſcribit̄: dici poteſt a nobis nouilunium. Nā cōponitur ex neos: quod eſt nouus & μηνια quæ eſt menſtrua: hoc luna a μην qui mēſis dicit̄ deriuata eo quod ſingulo menſe a mulieribus defluant: unde μηνιαιος menſtruoſus a nobis dicitur.

Neptoléus cū. t. exili & unico. l. ſeq̄nte. e. abſq; diphthongo ſcribit̄: dictio cōpoſita ex neos q̄ eſt nous: ptolemus miles: q̄ſi nouus miles nam πτολεμος apud æoles idem eſt qđ apud atticos πτολεμος. i. pugno: & fuit nomē ꝓpriū filii Achillis ex deidamia: q deide teſte Seruio ſup. ii. æneidos a capillo q̄li tate dictus ē Pyrrhus Ouid. in. viii. heroidū epiſtolarū: Pyrrhus achilleides animoſus imagine patris.

πτολεμος pugno

Neophytus cū. y. græco &. t. exili ſcribitur: dici poteſt a nobis nouellus: nam componitur ex neō: qđ eſt nouum & φυτον germen ſiue planta.

φυτον germe

Nepa uel more græco nepes: cū. e. abſq; diphthōgo ſcribit̄: dī teſte Seruio apd nos ſcorpio: huius græcū gr̄um diuiſit Cic. ī arato more græco cū: ait

At que oculos urget pedibus pectuſq; nepai

ꝓ nepæ.

Nephreſis abſq; diphthōgo & ſimplo. s. ſequente. i. latino ſcribitur: eſt renum paſſio: quam latine traductam comperi rien huius rienis: nam νεφροι: quæ ſunt renes deducitur.

Neptunus cum. t. exili & unico. n. ſcribitur: nam penultimam corripit: nō eſt dictio græca uel ab illis originē trahēt: Sed teſte Balbo apd Ciceronē ī. iii. de natura deor. a nando paululū primis litteris ī mutatis deducitur: ut uidimus ī dictiōe deus: fuit Saturni filius ex Ope: de eodē Varro de lingua latina ſic ait Neptunus ē deus maris: uel ipſum mare dictum: quod terras nubat ideſt cooperiat.

Nereus pria abſq; diphthōgo ſcribit̄: fuit teſte Heſiodo ī theogonia marius deus oceani: & Tethyos filius: ac Clorim ſororē uxorē accæpit: ex q̄ nymphas plures gēuit: hūc oīum antiqſſimū dixit Orpheus ī argonautica cum ait νηρεα δ' ειδεν πρωτιστα καλωπρεσ βυστον απαντων ſed de filiis Oceāi. & Thetyos Orpheū intellexiſſe puto: ut Heſiodus ipſe in theogonia q̄ ait: πρεσ βυτα τωνπαι/δων. i. antiquiſſimū filiorū ſcilicet Oceāi: & ꝓ mare noſtro mediterraneo accipitur.

Nereides cum. i. latino ſcribit̄: patronymicum fœminīnū a nereo deductū & ſignificat filias nerei q̄ nymphæ fuerūt æquoreæ. Martia. in. i. Luſit nereidū docilis chorus æquore toto. Ouid. in heroidibus. Vt celer redeas uirides nereidas oro.

Meritos cum. i. latino &. t. exili ſcribitur: mons ē teſte Pli. li. iiii. naturalis hiſto. in itacha inſula: quod nomen nōnunq̄ pro tota inſula capi uidetur Vir. in. iii. æneidos: Iam medio apparet fluctu nemoroſa iacynthos: Dulichiūq; ſameq;: & neritos ardua ſaxis: at neritū teſte Plinio eo dem lib. oppidū fuit percelebre in acarnania parte epiri: poſtea dictum leucas: ut in ipſa dictione u dimus.

Neſtor cum. t. exili ſcribit̄: fuit teſte Homero in. xi. odyſſeæ: nelei filius ex Chlori uxore: q ut idē Hōerus in. ii. iliados ait cū qnq̄ginta nauibus ex Pylo cōtra troianos uenit: q̄q̄ in trecēteſimo anno eſſet

ipſo tunc dicente apud Ouidium in.xii. metamor
phoſeos: Vixi annos bis centū & nunc tertia uiuif
ætas: Et Iuue. in ſatyra Oībus in terris inqt: rex py
lius magno ſi quicq̄ credis Homero. Exemplū ui
tæ fuit cornice ſecundæ idē fuit exemplū ſecundæ
uitæ citra cornicē: nā fuit ut refert Pli. vii. natu. hi.
Heſiodus q primus de hoc aliqua prodidit fabulo
ſe: ut reor multa de hoīum æuo referēs cornici no
uē noſtras attribuit ætates quadruplum eius cer
uis: id triplicatū coruis: & reliqua fabuloſius ī fœ
nice ac nymphis citra cornicē: ergo ē ætas hoīum
quæ primum præbet uitæ exemplū: ea triplicata
uitam facit neſtoris: quod ſecūdæ uitæ dat exem
plū. Et neſtoris uitā triplicata eam quæ cornicis ē
i. nouem hominū ætates: ut Ouidius: ora capitq̄
nouem cornicis ſæcula paſſæ.

Neſtus cū. t. exili ſcribitur: fluuius eſt thraciæ a ſtry
mone ſecus abderam ciuitatem fluens: ubi quon
dā Diomedes equis hoſpites ſuos dare ſolebat in
cibum: de quo Heſiodus in theogonia meminit.

Niæthos prima cum. i. latino ſequens cum. æ. diph
thōgo: ultima cū. th. aſpirato ſcribitur: fluuius ē te
ſte Theocrito: quē expoſitores dicūt eſſe in ſicilia.

Nicāder cū. i. latino &. c. exili ſcribit: fuit poeta græ
cus quem Didimus fabuloſum uocat: hic a nupti
is iunonis & iouis ſcipiens: omnes deorum ſucceſ
ſuſq̄ ad ſua tempora pertractauit: quem in multis
Virgi. imitatur: & in captura Troiæ: & ī fabula En
dymionis: ſed quia nimium fabuloſus īquit Vir
gilius: Si credere dignum eſt. Pan deus arcadiæ ca
ptam te luna fefellit.

Nicanor cum. i. &. c. exili ſcribitur: fuit Seleuci ma
cedoniæ regis cognomen: quaſi uir uictorioſus:
nam uice uictoria eſt: & ανηρ uir.

Nicearchus prima cū. i. latino: ſequēs cū. c. exili: ultīa
cum. ch. aſpirato ſcribitur: fuit pictor ſua ætate exi
mius: hic inter alia Venerem inter gratias: & cupi
dinem pinxit: & Herculem triſtem inſaniæ pœni
tentia: & interp̄tatur nomē: q̄ſi uictoriæ prīceps.

Niciteria cum. i. latino ubiq̄ & abſq̄ aſpiratiōe ſcri
bitur: ornamēta ſunt quædam uictoriæ Iuue. ī ſe
cunda ſatyra. Et ceromatico fert niciteria collo: nā
νικη: victoria νικη. q̄ ē uictoria deducit: cū terminatione ſimiliū
noīum in eria: ut filateria: frateria: & ſimilia.

Nico cum. i. latino &. c. exili ſcribitur: fuit tarātinus
quidam tempore Hannibalis: de quo ſatis Liuius.
Nicos eodem modo: ut ſuperior: ſed cum. s. in fine
ſcribitur: fuit ciuitas in Aſia.

Nicomachus ultima cū. ch. aſpirato ſcribitur: quaſi
μαχη pugna bello uictor dicit. μαχη. n. ē pugna. νικη uictoria:
fuit hoc noīe Ariſtotelis pater mediciæ artis, pfeſ
ſor & Amyntæ regis medicus: q pr̄ fuit Philippi
pater Alexādri: alius fuit Ariſtotelis filius: cui æthi
cā īſcripſit: alius fuit pictor ſuæ ætate nobilis: ut te
ſtat: Pli. li. xxxv. naturalis hi. fuitq̄ filius Ariſtoche
ni: atq̄ illius diſcipulus: nec aliū ī ea arte uelociorē
fuiſſe dixit: pīxitq̄ īter alia raptū proſerpinæ: quæ
tabula fuit in capitolio ī Mineruæ delubro.

Nicomedes cum. i. latino &. c. exili ſcribitur: fuit rex
bithyniæ.

Nichophāes eodē mō ſcribitur: fuit teſte Pli. li. xxv.
naturalis hiſtoriæ pictor ſua ætate eximius: ſed ar
te multum, & a zeūſi & Apelle diſtans.

Nicoſtrata cū. i. latino & abſq̄ aſpiratione aliq̄ ſcribi
tur: īterp̄tat q̄ſi uictorioſus exercitus: fuit mr̄ Euā
dri arcadis futuroꝝ uaticinatrix: q̄ a carminibus q
bus Phœbi oracula ſignificare ſolebat: Carmētis la
tine dicta fuit: uel ut alii nōnulli uoluerūt a carpen
to quo utebat: ſic quoq̄ fuit cognominata ut ī di
ctione Carmētis uidius: hæc ut ī initio hoꝝ cōmē
tatioꝝ uidius latinis primū litteras dedit.

Nyctileus pria cū. y. græco: ſequēs cū. c. & t. exilibus
atq̄. i. latino ſcribit: cognomē fuit Bacchi ab eius
ſacris: q̄ nocte celebrabant accæptū: unde Ouid. li. i.
de arte nyctileūq̄ patrem nocturnaq̄ ſacra p̄care:
Virg. ī quarto georgicorum: iter ſacra deū noctur
nique orgiaq̄ bacchi: nā νυξ græce: & ī genitiuo νυ
κτος a nobis nox huius noctis dr̄. Et ide nyctile
us. i. nocturnus deducitur.

Nyctimene eodem modo uti ſupior dictio ſcribit
& fuit puellæ nomen: quæ cum patre concubuit
ſed facinus recognoſcens aufugit ī ſiluas: & lucem
exoſa: non niſi nocte uolat.

Nycticorax prima cum. y. græco: reliquæ ſine aſpi
ratione: cum. i. latino ſcribūtur: nōnunquā etiam
a noſtris dr̄ nocticorax cum. o. loco ipſius. y. græ
ci: īterprætaturq̄ nocturnus coruus κοραξ enim
a noſtris coruus dr̄: nam auis eſt nigra: & ſola no
cte uolans atq̄ clamans.

Nyctoris pria cum. y. græco: ultima cū. i. latino: reli
q̄ ſine aliqua aſpiratione ſcribunt: deſinitq̄ in. s. &
nō ī. x. fuit regina babiloniæ: q̄ teſte Hero. lib. hi.
i. ſola poſt Semiramim fœmina ibidem regnauit.

Nilus cū. i. latino & unico. l. ſcribitur: ſed apud græ
cos prima diphthōgū habet ei: quæ apud nos abii
ciens. d. ſolam. i. productam retinet: nā dictio ē cō
poſita ex neos q ē nouus: & ilys limus: ubi abiecta
ultima ſyllaba primæ dictionis remanens. e. cum
i. ſequentis dictionis diphthōgum facit: ita ut di
cat nouus limus: ſcilicet innundationis tempore.
Quod Virgilius in nono æneidos tetigiſſe uidet:
cū ait: aut pingui flumīe nilis: nam prius teſte Ser
uio ſuper. iiii. georgicoꝝ melo dicebatur: quo no
mine illū. Seneca de ſitu indiæ uocitauit. Et ē flu
uius ægypti ex maioribus totius orbis: cuius te
ſte Lucano in decimo Arcanū natura caput nō p
didit ulli: ſed īmenſa aquarum mole ſingulis an
nis ſole exiſtente in cācro totā ægyptū exūdat. Et
ut ait Virgilius in. iiii. georgicorum: Diuerſa ruēs
ſeptem diſcorrit in ora uſq̄ coloratis annis deue
xus ab indis ideſt nigris æthiopibus.

Nimbus nō ē dictio trahēs originem a græcis: ſed
mere latia: ideo cū. i. latino neceſſario ſcribitur.

Nympha cum. y. græco ſcribitur: latine dicit ſpō
ſa Sed putauerunt antiqui nymphas aquarū eſſe
deas quaſi lymphaꝝ numina: unde teſte Seruio ī
Tityrum omnibus aquis p̄ſunt. Varro uero nym
phas eſſe dixit: quas & muſas: nec in merito cum
teſte eodem. Seruio ſup ſeptimā æglogā: q̄ motus
muſicam faciat. Quare idem Varro tres tātū mu
ſas commemorauit. Vnam q̄ ex aq̄ naſcitur mo
tu. Aliam q̄ ex ſonu fit aeris percuſſi. Tertiā q̄ me
ra tantum uoce conſiſtit: ex quo Virg. muſas ipſe
uelut nymphas nonnunq̄ inuocauit: cum ait ī bu

colico:nymphæ noſter amor libetrides.

Niobe cum.i.latino ſcribitur:fuit filia Tantali: & ſoror Pelopis:uxorq; Amphionis:ut ī ea dictione uidimus:hæc teſte Diodoro ſiculo li. hiſto. v. Filios ſeptē & totidem filias peperit ſummo decore pſtā/tes:unde tali prole ſuperbiens admodū gloriabaf ſe latonæ pferens numero filiorum:itaq; ira motā fabulæ latonam ferunt Apollini ut niobis filios: Dianæ ut filias arcu interficerent mādaſſe:quibus matri obtemperantibus contigit eodem tempore: & abundare filiis niobem & carere.

Nireus cum.i.latino ſcribif:fuit teſte Home.li.ilia/dos.ii.omnium græcoꝝ:qui ad Troiam nauigaue runt ſpecioſiſſimus:infra tamen Achilem:ſed quia imbellis erat:pauci eum ſunt ſecuti.

Niſa cum.i.latino & unico.ſ.ſcribitur:fuit teſte Homero li.iliados.ii.urbs hellados:ē etiam nomē fœminæ qua Virgilius in damone:Mopſo niſa daf.

Nyſa cū.y.græco & unico.s.ſcribitur:fuit teſte Diodoro ſiculo li.iii.urbs fœlicis arabiæ ppinq; ægypto:unde & græci a patre.i.ioue hoc eſt die:& loco .i.nyſa Diōyſiū appellāt:huius urbis Hōe.q ī ægypto fuit:ī ſuis hymnis meminit:dicēs eē nyſam urbē ſupra montē excelſum ac florētē lōge a phœnicia:ferme ægypto conterminā:in qua ſane urbe uineæ fuiſſe inuentorē Dionyſiū dicunt. Quā græci Bacchū ægyptii Oſirī fuiſſe aſſerūt:unde & unus ex duabus pnaſi collibus deo Baccho dicatus nyſa dicitur:qui & alio nomine cithærō cognominatus fuit:ut uidebimus in dictione parnaſſus.

Nyſus eodem modo ſcribitur:& eſt Bacchi cognomen a nyſa urbe fœlicis arabiæ:ut in præcedēti dictione uidimus cognominatus.

Nyſæa prima cū.y.græco ſequēs cū.æ.diphthongo ſcribif:fuit teſte Herodoto & Curtio urbs clariſſima in india a Libero patre condita ſub radicibus mōtis:quē meron uocāt:id quoq; nomē a cognomine cōditoris ſortita at uero ægyptii fuiſſe teſte Diodoro oſirī:q & Dionyſius cognominatus fuit illius cōditorē in memoriā illius:quæ etiā in ægypto fuiſſe aſſerunt:ī qua & hederā plantaſſe dicūt.

Niſus alius qui Hyrtaci fuit filius ut in ea dictione uidimus:cū.i.latino ſcribitur:& ſimiliter Niſa p fœmina ut ſuperius uidimus.

Niſæus prima cum.i. latino ſequens cum.æ. diphthongo ſcribitur:locus eſt teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii.inter medos:ubi magni & pulcherrimi equi naſcuntur.

Niſæe eodē mō ut ſupior dictio ſcribitur:nomē eſt nymphæ propriū:de q̄ Virgilius circa finē.v. ænei dos mēinit cū ait:Niſæeq; thaliaq; cinodoceq;.

Niſyrus inſula ē teſte Homero li.iliados.ii. q̄ expoſitores circa coū eſſe dicūt:& optimū uinū pducere.

Noes cū.oe.diuiſis ſyllabis ſcribif:fluuius eſt thraciæ teſte Hero.li.hiſtoriaꝝ.iiii.q in iſtrū defluit.

Nonacria cum.c.exili &.i. latino ſcribitur: eſt teſte Lactātio grāmatico ſuper.iii.thebaidos nomē loci ſeu agri arcadiæ:in quo iuppiter in ſpeciem Dianæ conuerſus cum caliſtone Lycaonis filia concubuiſſe narratur:nonnulli uero & pro tota arcadia capiūt atq; ex latino:quod eſt nouē:& græco qđ ē ἄκρη ideſt uertices:hoc ē mōtes compoſitum uocant:quaſi nouem ſit montibus redimita:Sed conſtat plures in ea eſſe ut uidimus ī dictione arcadia.

Noricum cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:regio eſt Macedoniæ:hæc teſte Plinio:li.iii.naturalis.hiſto. eſt contermina Dalmatiæ:atq; mari ionio:de qua ſic meminit Virgilius ī fine libri georgicoꝝ tertii cum ait:Tum ſciat aereas alpes & norica ſi quis Caſtella in tumulis

Notion cū.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero in.ii.iliados urbs eſt æolia.

Notus cum.t.exili ſcribitur:uentus ē meridionalis nebuloſq; & humectus: Et teſte Gellio græce notus:latine humor dicitur.

Nothus cum.th.aſpirato ſcribif:quemadmodū latine dicēdū ſit teſte Ser.ſup.vii.æneidos nō habetur unde Virgilius ī.ix.grætū uocabulū poſuit cū ait:Et primum antipathēis.n. ſe primus ægebat: Thebana de matre nothum ſarpedonis alti. & in octauo Suppoſita de matre nothus furata creauit.

Nox ut in primo horum commentariorum libro uidimus a græco per conuerſionē.y.græci in.o.noſtrum deducitur:& teſte Varrone hæ noctis ſolidæ ſunt partes:ueſpera:cōticinium:intēpeſtū:gallicinīū dieī uero lucifer:mane :ortus : meridies:occaſus:crepuſculū uero quod eſt dubia lux a crepero:quod dubiū deſcēdens:licet utriq; tēpori poſſit coniūgi:uſus tamen teſte Seruio ſup ſecūdo æneidos obtinuit:ut matutino iungamus . at Lucanus ab ea cōſuetudine diſſentire uidetur:cum ait.Longa repercuſſo nituere crepuſcula phœbo manum uero unde eſt mane:bonum dixerunt ueteres.

Numidia cum.i.latino utrobiq; ſcribitur: & originē trahit a uocabulo græco:quod eſt νομάδες:& paſtores deſignat:unde νομὴ apud græcos uocalū dicif. Inde Plinius li.v.naturalis hiſtoriæ: numidæ uero ingt nomades a permutādis pabulis dicūtur:& mapalia ſua hoc ē paluſtres domus ſunt circumferētes: hæc ille. Quare ab νομὴ nomedia magis dicenda uideretur:cum.o.poſt.n.in prima ſyllaba:ſed nos in.u.noſtrū traduximus : & numidiā diximus:habetq; abortu ſyrtes quaſdā paruas:unde regio carthaginenſis incipit a ſeptentrione mare:quod uerſus Sardiniam tendit:ab ocaſu mauritaniā:&a meridie ætiopē:nec teſte Plinio pter maris numidici ferarūq; puentū aliud iſigne hēt. Sūt ī ea clare urbes Hippō:Rhegyū:& Ruſticacla.

Numiſma cum.u.a nobis unico ſequēte.m.&.i.latino ſcribif : quāq; a græcis cū.o.poſt.n.& ante.m. ſcribif uidelicet nomiſma. Nam a νόμος quod ē lex deriuari dicunt. Quam ſane ſcripturam & Horatius ipſe ſeruauit cum ait Regale nomiſma phillippos. At alii cū.u.ſcribunt:& breuē primam conſeruant:ut Martialis libro epigrammatum prio. Cum data ſint equiti bis quinq; numiſmara quare Bis decies ſolus ſextiliane bibis? a quo ſane: ut pluribus placet.

Nummus cum duplicato.m.deriuatur: quod ideo duplicare dicif:ut primā producere poſſit. Perſius ī ſatyra q̄ incipit Hic mons eſt:Credere tum nummos marco ſub iudice palles. Erantq; nūmi ærei: argētei:& aurei atq; ex his mixti. Et refert Plinius .xxxiiii.naturali.hiſto. Populus romanus ne qdem

argento ſignato ante Pyrrhum regem deuictum uſus eſt:libera:unde etiã nunc libella dicĩt:& dipõdius appendebatur aſſis. Quare æris grauis pœna dicta:& adhuc expenſa in rationibus dicunt. Quĩ ẽt militum ſtipendiorum:hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores libripẽdes dicunt. Seruius primus ſingnauit æs:antea rudi uſos Romæ Timæus tradit ſignatũ eſt nota pecudũ:unde & pecunia appellatur:maximus cenſus.c.x.aſſium fuit illo rege: argentũ ſignatũ eſt anno urbis quingenteſimo octogeſimo quinto. Qu. Fabio. cos. quinque annis ante bellũ primum punicũ. Et placuit denarius pro decẽ libris æris:quinarius pro quinq; : ſextertium ꝑ diſpõdio ac ſemiſſe:libræ ãt pondus æris iminutũ bello Punico primo cũ impenſis republica nõ ſufficeret. Nota æris fuit ex altera pr̃ ianus geminus: ex altera roſtrum nauis:in triẽte uero & quadrãte æs quadrãs ante triũcis uocatur a tribus uncis. Poſtea Hannibale urgẽte. Qu. Fabio Maximo dictatore aſſes unciales facti. Placuitq; denariũ ſexdecĩ aſſibus ꝓmutari:quinarium octenis:ſextertiũ q̃ternis:ita reſpublica dimidiũ lucrata eſt. In militeri tamen ſtipẽdio ſemp denarius ꝑ decẽ aſſibus datus. Nota argẽti fuere bigæ:atq; q̃drigæ. Et ĩde nigati q̃drigatiq; dicti:mox lege papiniana ſemiuncales aſſes facti. Licini. druſus i tributo plæbis octauã parte æris argẽto miſcuit. Aureus nũmus poſt annũ. lxii. percuſſus eſt. Sed p̃ter alia iqt Pli. miror populũ romanũ uictis gentibus ĩ tributo ſemp argẽtũ non auxe ĩperaſſe:ſicut Carthaginĩ Hãnibale uicto argenti pondo annua in q̃nquaginta annos: nihil aurĩ & ĩfra ſubdit auri in populi romani Aerario fuerunt Sex Iulio. Laurelio. conſſ. ſeptẽ annis ante punicũ bellum tertiũ põdo ſeptingẽta uiginti ſex argenti nonagintaduomilia: E extra numerũ trecenta & ſeptuagintaquinq; milia. Item belli ſocialis initio octinginta quadragintaſex auri pondo Cæſar primo introitu in ciuili bello ex ærario ꝑtulit. Laterum aureorum trigintaſex milia: & ĩ numero põdo trecẽta:nec fuit aliis tẽporibus reſpub. locupletior. Intulit & Aemilius Paulus Perſe rege Macedoniæ deuicto prædam pondo trium miliũ a quo tempore populus Romanus tributum petere deſiit:& ut idem Plinius atteſtatur:q primo denarium ex auro ſignauit:latet auctore ĩcerto.

Numitor cum .i. latino &.t. exili ſcribitur: fuit albanorum rex:& frater Amulii.

O Littera apud græcos duplicis eſt formæ: ut ĩ prio hoꝝ cõmẽtarioꝝ li. oſtẽdimus. Nos uero unius tantum habemus: ut & illi antiquitus habuerunt: quã aſpirantes articulum maſculinum conficiunt: & quam alterius formæ adinuenerunt:atq; o. magnum uocãt cum ſolum proferunt ſemper ſine aſpiratiõe ſcribunt:& pro aduerbio capiunt. Nos uero nunquã ſolum. o. aſpirare cõſueuimus:ſed ꝑ aduerbio ſemper aſſumimus. Quãdoq; qdem uocandi: ut Vir. in primo æneidos:O regina nouã cui põdere Iuppiter urbem Iuſticiamq; dedit:perſius ĩ prima ſatyra. Quis qs es o modo quẽ ex aduerſo dicere feci idem o tu:q̃doq; uero optandi: ut Virgi. in. viii. Adis o placiduſq; iuues:numina firmes. Quãdoq; etiã ĩdignandi ut Cicero li. iuectiuaꝝ primo:O tẽpora o mores. Perſius i. i. ſaty. O mores: Vſq; adeo neſcire tuum nihil ẽ:niſi te ſcire hoc ſciat alter Aliquando autẽ & pro aduerbio ponitur admirandi ut Iuuena. O qualis facies:& quali digna tabella:& Perſius O curas hominum:nam ĩmoderatas ſollicitudines admiratĩ:quas græci μελεδωνας uocant eo quod μελημουσιν ideſt mẽbra corrodũt: ideo apud nos cure:quod cor urant uel rodant uocantur:ob quod & pro amore nonnũquã ponitur Vir. in. iiii. æneidos: At regina graui iã dudum ſaucia cura: Et ueneris iuſtiſſima cura nonnunquam uero & curare pro reficere dicimus:ut Virg. in. iii. æneidos: Corpora curamus feſſos ſopor irrigat artus. Idem in. iiii. georgicorum. Tum tecta petũt tũ corpora curant.

Oaxus cum. a. poſt. o. & ante. x. conſonantẽ ſcribitur ciuitas eſt cretæ:ĩ qua teſte Herodoto li. hiſto. iiii. Et erachus pater Phronimæ regnauit:quam dixit matrẽ fuiſſe Bati:q cyrenẽ lybiæ urbẽ ædificauit: de quo ĩ dictiõe Batus:& dictiõe cyrene uidimus.

Obelus cum. e. abſq; diphthõgo & unico. l. ſcribĩt: dicitur latine ueru. Et ĩde obeliſcus diminutiuũ nomine magis quam re:cum magnæ moles obeliſci:dicantur ut ĩ ſequente dictione uidebimus.

Obeliſcus cum. i. latino &. c. exili ſcribitur: eſt teſte Ammiano Marcellino regẽ geſtaꝝ li. xvii. aſperrimus lapis in figuram metæ cuiuſdam ſenſim a ꝑceritate ĩ excelſum conſurgens: & ne radium imitẽ paulatim gracileſcẽs:ſpecie q̃drata ĩ uerticẽ ꝑductus anguſtũ. manu leuigatus artifici. Obeliſcos fuiſſe plures Romæ cũ hiſtoriæ:tum res ipſa indicat. Sed q integri corruptiue aut fuerint: aut nunc cernũt:a Thebis:ac aliis ægypti urbibus ꝑductos fuiſſe Plinius ĩ naturali hiſtoria. & p̃fatus Amnianus oſtẽdũt. Sed de eo q quoq; ĩ uaticano iuxta baſilicam beati Petri conſpicitur:& corrupte ab iſiis iulia uocitatur. Plinius ipſe libro. xxxv. meminit: atq; illũ tertium ex maioribus ponit:q nũquã Romæ aduecti fuerũt. Et li. xvi. ubi de arboꝝ magnitudĩe ꝓtraſtat:hæc inqt uerba abieci admirationis p̃cipue uiſa ẽ ĩ naui:q̃ ex ægypto Caii pricipiis iuſſu obeliſcũ in uaticano circo ſtatutũ adduxit: de q̃ naui plura ꝑſequtur:& nihil admirabilius in mari uiſum fuiſſe aſſerit. Ammianus uero ĩ p̃fato lib. cũ thebaꝝ ægyptiaꝝ ſitũ: & ſucceſſum pulcherimæ enarraſſet:ſubdit ĩ hac urbe iter labria ĩgẽtia diuerſaſq; moles figmenta ægyptioꝝ numinum exprimẽtes obeliſcos uidimus plures:alioſq; iacentes & cõminutos:quos antiq reges bello domitis gentibus aut proſperitatibus reꝝ elati:mõtiũ uenis uel apud extremos orbis ĩcolas pſcrutãtes excĩſos erectoſq; diis ſuperis dicarunt. Et ĩ ſequẽtibus idẽ auctor oſtẽdit obeliſcos nõ ſolis a Thebis Romã aduectos:ſed Ouactianũ Auguſtũ duos admirandos ex Heliopoli urbe ẽt ægyptia trãſtuliſſe. Quoꝝ ut ait unus ĩ circo maximo alter ĩ cãpo locatus ẽ martio & iucundiſſima plura proſeqtur:q̃ ſane referre longũ eſſet. Pli. ẽt in. xxvii. natu. hiſto. refret Theophraſtũ tradidiſſe in ægyptioꝝ commẽtariis reperiri fuiſſe apud eos in Iouis delubro obeliſcũ e quatuor ſmaragdis q̃draginta cubitoꝝ longitudine:

latitudine uero in parte duorum ī parte quattuor id ēt p̄tereundū nō est:obeliscos ut plurimū notis hierographis isculptos fuisse:quas ut p̄fatus Ammianus ait:undiq; incisas initialis sapientiæ uetus ĩsigniuit auctoritas. Nam multa uolucrū & ferarū ēt alieni mundi genera insculpebant:quæ uel regū gloriā sequētibus ætatibus:uel eorū persoluta uota monstrabant:non.n.ut nunc litterarū formæ ac numerus præstitutus erat: quibus qcqd humanā mēs concipere potest:facile exprimit: sed singulæ litteræ apud illos quæ aīalium figuris designabantur:singulis nominibus inseruiebant:& uerbis nō nunq̄ & ītegros sensus repræsentabāt. Nam p uulturem naturæ uocabulum pādūt:quia nullos mares posse īter has alites iueniri rationes memorāt physicæ:p̄q; speciem apis mella cōficientis regem indicabant:cui cum iucūditate moderante aculei in esse debent:quin ēt & Seruio referente sup quintū æneidos per draconem ī caudam reuolutum & illam mordentem annum illi iidem indicabant: cū ī se ipsum eodē modo recurrat ac cōsumatur. Itaq; teste Cornelio Tacito primi p figuras animalium ægyptii sensus mētis effigebāt:& antiquissima monumēta memoriæ humanæ impressa saxis cernūtur:de quibus in dictione fœnices loquæmur.

Obolus cum unico.l.scribit:genus est ponderis sex cōtinēs siliquas:qui & alio nomine scrupulus dicitur:de quo in dictione talentum late uidebimus.

Ocaleæ cū.c.exili & unico.l.& duabus.e.subsequēti bus scribit fuit teste Home.li.ii.ili.boetiæ ciuitas.

Ocha cum.ch.aspirato scribitur:nomē est a græco deductum ac nostris compositum ex illoq; masculino articulo:quod est.o.& χάν χάνος:quod apd illos.ι.apud nos anser huius anseris:itaq; componētes antiqui nostri.o.cū χάν & ī recto abiiciētes ultimū.n.dixerūt ocha huius ochæ:nōnulli: uero cōmutantes illud.o.au.diphthongo dixerunt aucha auchæ:per modum quem ī secūdo hoq; commentariorum libro cum de.au.diphthongo tractaremus declarauimus.

Oceanus cū unico.c.atq; illo exili &.e.absq; diphthōgo scribit:dr id mare quod uniuersam circuit terram:ob quod & ab ipsis græcis: amphitrites ēt uocitatur:ut ī ea dictione uidimus. Sed oceanus teste Solino a uelocitate cognominatus ē. Nā ὠκύς unde oceanus dr a nostris uelox ĩterprætatur Sane ex hoc mari oīa nata fuisse dixit Hesiodus ī theogōia iuxta quod Virg.ī q̄rto georgicoq; inquit. Oceanumq; patrem req; nymphasq; sorores. Homerus uero dixit in iliade illū deoq; patrē:& Tethym matrem:cū ait ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μήτερα τηθύν:dixit ēt ex ipso oium amniū fontiūq; cursus initium capere. Itaq; cū uniuersam terrā circūeat: etiam ab occasu Solis irrumpens mediā hanc nostrā habitabilē regionē amplis: & nominatissimis æquoribus alluit. Et scissis calpe atq; Abila montibus:quos columnas Herculis nominant ĩter Hispaniam quā leuo latere radit:& Mauritaniā circa quā dextro deffundit:fretū p̄ria efficit lōgitudinis.xv.miliū passuū & latitudinis uix septē ut Pōponius attestat. Ita ut facto quodā hostio limē apte dicat. Et ide mediterraneis finibus ĩmixtus usq; in orientē & septētrionem propellit. Is ergo Oceanus q Hispaniam perfundit. Hibericus nominat: ab ipsa.s.hispania:quæ olim hiberia dicebatur: & circa insulas baleares q̄s p̄ro ostēdit balearicus dictus ē. Deīde q narbonēsem prouinciā contigit gallicus:mox a liguria liguscicus. Deīde usq; ad Siciliam tuscus uocat:quem græci tyrrhenū. Itali īsq; nominauerunt:inde inter siciliā & Italiā pergēs ionicū mare incipit:sed ī leuū ex aduerso ad illyricū adriaticū uersus Venetias sinū efficit. At ab initio adriatici ionii nomē accipiens:longa per spacia in Asiam usq; prodēdit: ut ī dictione ioniū mare late uidimus. Ex altero uero Siciliæ latere in increta usq; protentū siculū nominat. Inde uero usq; ī mare pamphilicū ex leuo creticus dicit:ex dextro uero usq; ī ægyptū ægyptius uocitat. Sed ab iōio iuxa græciā in septētrionē diffusus crebras circuit īsulas. Quæ qa informā capræ:ut qdam uoluit disponuntur:ægæi nomē assumsit:uel alii potius uolunt ab Aegæo athenarū rege: quemadmodū ī ea dictione ostendimus. Deinde p hellesponti angustias progressus asiā ipsam ab europa stricto secernit:mari hellesponticum ab Helle: ut ī ea dictione uidimus noīatur. Inde in propontidē dilatatus mare aliud conficit:qd per cōtrarium euxinū nūcupat:ut in eiusmodi dictione descripsimus. Sed rursum iuxta tauricā regionē restrictus:bosphorū alterum efficit q chimericus noīatur:ut in dictiōe bosphorus uidimus. Nā a boum meatibus peruiis bosphori nomen assumpsit:eo qd ab uno littore ī aliud cōmode tranare possunt:post bosphorū uero palus est meotis magna quidē & lata:in quā tanais fluuius influit:qa a septētriōe & partibus scythicis ueniēs:asiā ipsam diuidit ab europa. At palus hyeme glaciat:Et ut ait Virgi. Puppibus illa prius patulis nūc hospita paluſtris. Sed diuersis in locis eiusmodi mare noīe habet plura & diuersa: q̄ ēt non eadē causa p̄dita sunt. Nā asiaticū mare ē quod & phœniciū ægyptiumq;:& pamphylicū a p̄uinciis nomina accæpere. Ab insulis balearicū siculū carpathiū:cyprum:a gentibus liguscicū: ausoniū:tuscū:dalmaticū. Ab oppidis argolicū:adriaticum:corinthium:tyrium:a casibus hoīum myrtoū:icareū:hellespōticū & ut pluribus placet ægæum a memoria regis teste Solīo ionium:licet Seruius non a memoria:sed a casu in illū dicere uelit Nā ait sup.iii.æneidos:regem illū antiquissimum in eo submersum mari nomē reliquisse:a trāsitu bouis uel ab angustis meatibus boū puiis:bosphorū:a moribus icolarū:ut ī ea dictiōe uidimus euxinus ab ordine fluendi p̄pontis:ut in dictione pōtus uidebimus. Aegyptiū pelagus asiæ datur galli cū europæ:aphricū Libyæ. Et hæc de mediterraneo. Sed rursus ī terræ circuitu oceanus ipe aduersis oris:q̄s amplectit diuersa accipit noīa. Nā a littoribus suis arabicus:psicus:īdicos: eous: sericus: scythicus:germanicus:atlāticus:& de reliqs eodē mō. At uero caspiū mare a caspiis montibus qbus adiacet dictū est. Et id idem hircanū dicit ab hircania sibi cōtermina. Sed ut uolūt antiqui:qui nō dū sufficiēter ea loca pscrutati fuere:ex oceāo hyporico angusto ore in morē fluminis terras in-

gredienti conficitur. Qui uero diligentius iam eadem loca rimati sunt: asserunt id esse mare uastissimũ: quod nec illũ habet exitũ: nec alicuius aq̃ salsæ habet introitum: sed ex immensis in ipsum cõfluentibus fluminibus factum: quod Ptolomeus etiã uerum esse fatetur.

Ochesius cum .ch. aspirato & unico .s. sequente. i. latino scribit: fuit Homero teste ætolo q̃ dux: uir lõge præstantissimus: qui in bello troiano moritur.

Ocyalus cũ .c. exili &. y. græco atq; unico .l. scribit fuit unus ex noiatis phæacibus tpe Alcinoi regis: ut ostẽdit Home. i. viii. odys. cõpositũ ẽ uocabulũ ex ωκισ qđ est uelox: & αλσ mari: q̃si uelox ut mare.

ωκιb mare
velox Et alb
mare

Ocimum cũ .c. exili &. i. latino scribitur: est teste Plinio lib. xix. natur. histo. herba hortensis q̃ particulata etiam ab uno incipit: qua de causa diutissime floret: habetq; primã longã: cũ apud græcos ωκυμον cum .o. magno in prima scribitur.

Ocyroe cũ .c. exili &. y. græco scribit: fuit teste Hesi. in theogõia nympha q̃dam oceãi & Tethyos filia.

Ocyron eodem modo ut superior scribitur: fluuius est in finibus arcadiæ.

Ocyrus cum .c. exili &. y. græco scribit. Nã ab ωκυσ græca dictione deducitur: quã nostri qdã antiquissimi uertentes .y. græcum in .d. nostrũ ocus traduxerunt. Sed a seq̃ntibus i uoce cõparatiui traductum fuit: hoc est remanẽte .y. græco .u. nostrum addiderunt: nec latine positiuo utimur. Et aduerbialiter cito: & q̃ prompte designat. Virg. lib. æneidos .iiii. Ocyus omnes.

Imperio læti parent Iuue. in satyra. Credo pudicitiam. Collige sarcinulas dicit libertus: & exi.

Ocyus & ,ppera: sicco uenit altera naso. Seruius ãt super .viii. ænei. dixit: ocyus positiuus antiquus est: nec ẽt põt cõparatiuus esse: ubi nulla est cõparatio. Sed pace eius magis Pli. adhæreo: q & illã quoq; i significatiõe cõparatiui posuit: & suplatiuũ nõnũq̃ ei assignauit. Ait. n. i. ii. natu. hi. Mercurii sidus iferiori circulo fertur nomẽ diebus ocyore ambitu: mõ ante Solis exortũ: mõ post occasum splẽdes & lib. viii. suplatiuum exprimẽs dixit: itaq; multi extitere: qui nõ nasci optimũ censerent: aut q̃ ocyssime aboleri.

Ocnus cũ .c. exili seq̃nte .n. cõsonãte scribit: fuit teste Vir. in .x. ænei. Fatidicæ Mantos: tusci filius annis.

Qui muros matrisq; dedit tibi Mãtua nomẽ: ut i ea dictiõe uidimus. Et ab eodẽ poeta in buco. Bianor uocatus fuit: ut in sua dictiõe mõstrauimus.

Octopes absq; aliqua aspiratione scribitur: piscis est octo pedes habẽs: quẽ polypũ quidam putant.

Odius cũ .i. latio scribit: fuit teste Home. i. v. ilia. alizonũ dux: quẽ Agamẽnon i bello troiano occidit.

Odyssea cum .y. græco & duplicato .s. scribitur: loco quoq; nõnulli .x. scribere uoluerũt: sed magis placet litteraturã græcã obseruari: dũmodo cõmode possit: scribit. n. apd illos nõ cũ .x. sed cũ duplicato .s. uidelicet ολυσσις: & deriuatur ab ολυσσευσ: quẽ nos ulyxem non cum duplicato .s. sed cum .x. duplici consonante ex inueterata cõsuetudine trãscribimus. At eius dictiõis q̃ est odyssea penultima apud græcos est. ei. diphthongus: a q̃ nos .i. abiicientes solam .e. retinemus. Estq; odyssea uolumen aliud sublime Homeri in .xxiiii. libros diuisum: in quo Homerus errores & casus Vlyxis post bellũ troianũ: & Penelopes uxoris patriã diuino carmine descripsit. Vnde Ouid. i secũdo de tristibus lib. i qt. Aut qd odyssea ẽ nisi fœmia propter amorem.

Dum uir abest multis una petita procis.

Oegrius cũ .œ. diphthõgo &. i. latio scribit: fluuius ẽ thracũ: a quo teste Seruio hebrus nascit: & ut nõ nulli ferunt pater fuit Orphei: ac i hebro a ciconibus orphei caput ,pfectũ fuit dicẽte Vir. i q̃rto geo.

Tũ quoq; marmorea caput a ceruice reuulsum.

Gurgite cũ medio portãs œagrius hebrus.

Oebades cũ .œ. diph. scribit: fuit nomẽ uiri ,ppriũ.

Oebaris cũ .œ. diphthõgo &. i. latino scribit: fuit Darii stabularius: cuius idustria Darius ipse regnũ p̃sarum adeptus ẽ: ut i dictione Darius uidimus.

Oebalus cũ .œ. diphthõgo & unico .l. scribit: fuit Lactãtio sup thebaidos libro rex laconũ: de quo cretẽsis Ditis i historia troiana aptius loq̃ns ait: œbalus fuit filius Argulii filii Amidatis: fuitq; rex laconiæ: & a se prouinciam ipsam œbaliã dixit: hæc ille. Alius fuit æbalus Telonis regis Capreæ filius: q̃ isula est ex opposito ad Neapolim ex Sebetride nympha genitus: de quo Virg. i septimo æne. iqt.

Nec tu carminibus nostris iductus abibis.

Oebale: quẽ genera sse Thelon Sebetride nympha Fertur: teleboum capreas cum regna teneret.

Iam senior: hic ut prosequitur Vir. mortuo patre non contentus patriis aruiis Campaniã itraui & multos populos suæ dictioni subiecit: fauitq; dei de Turno cõtra Aeneam: a quo œbaliã regionem dictam nonnulli putauerunt: quæ est iuxta Tarẽtum: ut i sequenti dictione uidebimus.

Oebaliam cum .œ. diphthõgo &. i. latino scriptam duplicé eẽ cõperio: unam q̃ & Laconia dicta fuit: & ab œbalo filio Argulii œbaliam cognominatã de qua Statius i Achilleide. Soluerat œbalio classem de littore pastor dardanus: & Ouidius i qnto fastorum loquens de Castore & Polluce: q fuerãt ex Amycla ciuitate Lacõiæ ait: Effugere œbalidæ cursu potuere sequentes: Alterã uero in Italia iuxta Tarentum urbem inclytam Calabriæ ab œbalo filio Telonis ut quidam uolunt cognominatã Vir. in quarto georgicoꝝ. Nãq; sub œbaliæ memini me turribus altis: qua niger humectat flauẽtia culta Callesus corytiũ uidisse senem: & reliq̃. Est enim Galesus: ut dixit Liuius li. v. de secundo bello punico Calabriæ flumẽ Tarẽto ,pximũ per qnq; milia passuũ: iuxta qđ castra mætatus ẽ Hãnibal: cũ arcẽ tarentinã obsedit. Alii uero qbus assentire uidet Ser. nõ aliã fuisse dicũt i Italiã œbaliã nec id quoq; Vir. itellexisse: sed cũ dixit sub turribus œbaliæ itellexit: idest eoꝝ q ex œbalia Lacõiæ i Italiã aduenere & turres iuxta Tarẽtũ ædificauere. Nã ut rettulit Ser. Lacones diu bello attriti ab atheniẽsibus: & iopiam uiroꝝ timẽtes p̃ceperũt: ut uirgines cũ qbusq; cõcumberẽt: quo facto cũ iuuenes de icertis parẽtibus nati: originẽ suã deinde erubescerẽt: & parthẽiatæ. i. de uirginibus nati appellarẽt: duce Palanto octauo ab Hercule nauigiis ,pfecti uenerũt ad oppidũ Calabriæ: qđ Taras Neptuni filius condiderat: & id auctum habuerunt.

Oechalia cũ.œ.diphthongo &.ch.aſpirato atq; uni/
co.l.&.i.latino ſcribitur licet ex defectu librariog;
in quibuſdã latinis codicibus non cũ.ch.aſpirato:
ut diximus:ſed magis cũ.t.aliquãdo legerimus:fu
it Laconiæ pars propinqua Theſſaliæ:quæ œcaliæ
nomen aſſumpſit a ciuitate eiuſdẽ nominis: quæ i
illa erat.Ipſa uero ciuitas teſte Homero lib.ii.ilia/
dos ab œcaleo fluuio qui circa illã p̃ter fluit nomẽ
eiuſmodi accæpit.In hac regnauit Eurytus pater
ioles:qui cũ filiã olim Herculi ſpoſpõdiſſet: & po/
ſtea diſſuadente filio denegaſſet: ut dixit Seruius
ſuper octauo æneidos indignatus Hercules illum
& filios interemit:atq; œcaliã illius urbem euertit
dicente Virgilio.

Vt bello egregias idem diſiæcerit urbes:
Troiamq; œcaliam:ut duros mille labores.
Suſtulerit:Q̃uin & iolẽ rapiens ita ardenter illam
amauit:ut quæq; ab illa patereſ:uti ab omphale re
gina Lydiæ prius paſſus fuerat:ad quem Deianira
ſcribens apud Ouidium in epiſtolis heroidũ iquit

Gratulor œcaliam titulis accedere noſtris.
Victorem uictæ ſuccubuiſſe quæror: & in eadem
epiſtola ſubdit.

Ingreditur late lato ſpectabilis auro:
Qualiter in Phrygia tu quoq; cultus eras.
Dat ultum populo ſublime ſub Hercule uicto.

Oecaliam uiuo ſtare parente putes: ſed hæc deinde
iole iubente Hercule ante mortẽ ſuam hyllo Her
culis filio nupſit:ut in dictione Hyllus uidimus.

Oecynires prima cũ.œ.diphthõgo ſeq̃ns.cũ.c.exili
&.i.latino penultima cum.y.græco ſcribiſ:fuit te/
ſte Home.circa initiũ libri.xi.iliados: uir argiuus:
qui donauit Agamẽnoni thoracem eximium.

Oeconomus cũ.œ.diphthõgo &.c.exili ſcribiſ:di/
nñis diſpẽſator.Nã apud græcos οἶκος dr̃ domus
& νόμος lex:nã decet diſpẽſatorẽ legẽ eẽ domus
Et ſic Ariſto.œconomica & œconomicus ſcribiſ.

Oecumenicus cũ.œ.diphthongo & abſq; aliq̃ aſpira
tione ſcribiſ:dictio ẽ deducta ab οἰκουμένη: q̃ uni/
uerſum orbẽ deſignat q̃ſi uniuerſalis ille dicat.

Oepidus cũ.œ.diphthõgo &.i. latino atq; unico.p.
ſcribiſ:dictio ẽ cõpoſita ab οἰδάω: qd̃ ẽ tumor:
& πούς pes:hoc eſt pedum tumor.Nã ut Statius
diuerſis in locis ſuæ thebaidos ſcripſit.Et Seneca i
tragœdia:quæ inſcribitur Thebais:dum Oedipus
matris utero teneretur:& Pater laius Apollinẽ de
naſcitura prole conſuleret:& ab Horaculo percæ/
piſſet ſe debere a naſcitura prole interfici natũ pue
rũ paſtorum ſuorum armentoq; occidẽdum: tra/
didit:q dũ ætati cõpateretur:& regiũ imperiũ cõ/
temperare:oportet paruuli pedes gladio perfora/
uit:& uimine ſuſpendit ad arborẽ q̃ſi in edia mo/
rituq;.Quod ipſe apd̃ Senecã i cœpido teſtaf dicẽs.

Medẽo teſte damnauit parens:
Callidoq; teneros tranſtulit ferro pedes:

Et in alta nemora pabulum immiſit feris.Sed cũ
uagitu Phorbantẽ paſtorẽ Polybii corinthioq; re/
gis ad ſe puer traxiſſet:ille cõſciſis uinculis iã tumi
dũ pedibus pueq; corinthio cuidã largitus ẽ: q̃ læ/
tus ad Meropẽ uxorẽ Polybii regis liberis carentẽ
pro magno munere dedit:illa una cum uiro tanq̃
filium cælitus miſſum paterna charitate ſuſcæpit.

Etpedũ tumore oedipodẽ cognominauit.Cuius
penultia breuis a poetis nñis poni cõſueuit.& decli
naf huius oedipodis.Plautus tamen in penulo:ab
oedipo ,p oedipode i ablatiuo ,ptulit.Hic cũ ſemel
Thebas pgeret ſphinge cõperta eius ænigma diſ
ſoluit:& monſtrũ ireremit.Vnde rerũ obſcuriſſi/
maq; iterpres deinde dictus fuit:Itaq; hõ ille apud
Terẽtiũ Dauus ſum inqt nõ oedipus.Plautus i pe/
nulo.Nã iſti qdem heraclidæ oratiõi oedipi opus
eſt coniuctura:cui ſpingis ænigma diſſoluit.

Oenochonum cum.œ.diphthongo &.ch.aſpirato
ſcribiſ:fuit ẽ teſte Hero.Theſſaliæ fluuius i Peneũ
defluens:ut uidebimus in dictione Theſſalia.

Oenos cũ.œ.diphthongo ſcribiſ: dicif apud nos ui
num:ſed nõ utimur ea dictione niſi i compoſitis.

Oenophoq; cũ.œ.diphthongo:&.ph.aſpirato ſcri/
biſ:uas eſt uinariũ.Nam cõponiſ ex œnos:qd̃ ẽ ui
nũ & φορεῖν portãs:de quo Iuue.i ſaty.Credo pu/
dicitiã:Totum œnophorum ſitiens:& Martialis i
ſexto.Reddidit œnophori pondera parua ſui.

Oenotrii cũ.œ.diphthõgo:&.t.exili ſcribiſ: populi
fuerũt i Italia:de q̃bus ſatis habuius i dictiõe Italia

Oenus cũ.œ.diphthongo i initio & ſcribiſ:fuit Par
thaonis filius dicente Acheloo apud Ouidiũ i octa
uo metamorphoſeos:cum ad œneum regem ue/
niſſet.Occipe me generum dixit Parthaõe nate: &
fuit rex ætoliæ:cuius urbs regia Calidõ cognomi/
nata fuit:ideo frequẽter rex legiſ Calidoniæ:fuitq;
pater Meleagri:& ob hoc Meleager a poetis dictus
eſt.Ouidius in tertia epiſtolarum heroidum.

Coniugis œneides uerſus in arma prece eſt.

Oenomaus cũ.œ.diphthõgo ſcribiſ:fuit filius Mar
tis:rex Helidi & piſæ atq; Hippodomiæ pater: ut
in ea dictiõe uidius.Alius Home.teſte fuit uir pe/
lopõneſius ab Hectore in bello troiano interfectus.

Oenops ſimiliter ſcribitur:& fuit uir peloponneſis:
ut idem poeta monſtrauit.

Oeſtrum cum.œ.diphthongo &.t.ſcribiſ: uolatile
eſt Paruũ:Cui nomen aſiũ romanũ ẽ:ut dixit Vir/
gilius in.iii.georgicoq;.Iuue.in tertia ſatyra.Nõ ce
dit Vento.Sed ut phanaticus œſtro percuſſus bel/
lonatuo diuinat.Et id ſane nomen a uoce quam
edidit aſſumpſit.

Oeta cũ.o.&.e.ſeperatis uocalibus:&.t.exili ſcribiſ.
ut late in.ii.horũ cõmentarioq; lib.oſtẽdimus:fu/
it rex colchoq; potẽtiſſimus:& teſte Hõe.c.x. odyſ
ſeæ:filius fuit ſolis ex Perſa filia oceani.Nam ut ait
Diodorus ſiculus hiſtoricus p̃ſtãtiſſimus li.hiſto/
riaq;.v.Solẽ ferunt duos ex Perſa uxore procreaſſe
filios:oetã ac perſem:oeta i colcho regnauit i Tau/
rica Perſes:crudeles ambo efferiq; e Perſa filia Ha/
cates oraẽ ſupans audacia & inmanitate patrem:
ut q̃ cruciatu hoium læta eo proferis appetere ſa/
gitis cõſueuerit.Quin & ad uenena mortifera cõ/
ficienda ſummũ ſtudiũ operãq; ipendit q̃ aduenis
in cibis exhibebat:unde & prima acconitum inue
niſſe dicif.Quibus i rebus experta admodum &
edocta.ueneno patrem primum ſuſtulit:deíde re/
gno aſſumpto tẽplum ſtatuit Diane: cui hoſpites
nauigantes ſacrificabant:exiſtimãs crudelitate ſuũ
nomen clarius futurum.Poſt hæc nupſit Cetæ pa
truo:genuitq; liberos tres.Circem Medeã.& Ae/

gialeũ. Circe ad oĩs generis uenenorum cutã uersa multaq; herbaq; radicũq; uarias uires mirabilesq; reppit. Et quãuis a matre Hecate ĩ plurimis ĩstructa esset: multis tamẽ ab se de nouo inuentis oĩbus ĩ ea re p̃stitit. Hæc sarmataq; regi: q ab aliis scythæ dicũt cũ nupsisset: primũ uenẽo uiq; abstulit: deide regno capto multa ui crudelitateq; regnũ uexauit qbus ex rebus ex ipso regno pulsam ad Italiã uẽisse tradũt. Incq; eo ꝓmõtorio: qd̃ te núc quoq; ab illa circeũ uocaĩ resedisse. Medeã quoq; tũ a mr̃e: tũ a sorore singula ueneficia edoctã diuersis moribus uixisse ferũt. Nã cũ oeta rex tũ sua natura: tũ uxoris suasu crudelis eẽt & necãdrũ hospitũ morẽ seruaret: illa hospites a uitæ discrimĩe eripiebat: & sæpe a p̃re p̃cibus & gr̃a ꝓ dãnatoq; salute ĩtercedebat: q̃ndoq; ipsamet ex custodia captos dimittebat ob quod cũ Medea ĩdies magis parẽtũ crudelitati eẽt aduersa: a patre ob timorẽ ĩ liberã custodiã destinata fuit. Illa ad Solis oui tẽplũ. quod in littore sitũ erat cõfugiẽs: iuxta littus ãbulãs: argonautas noctu delatos cõspicit: a q̃ de hospitũ cæde edocti: hũanitatẽ uirginis expti sunt: ut uidimus ĩ dictiõe iason.

Oetha cum. œ. diphthongo &. th. aspirato scribitur mõs ẽ inter Thessaliã & Macedoniã famosus mar te rogo & sepulchro Herculis. Estq; teste Plinio li. xxv. naturalis historiæ hellebori herbæ fertilis.

Oetosyros cum. œ. diphthongo &. y. græco scribĩ græcis. Nam teste Herodoto in tertio historio. dicitur lingua scythica Apollo.

Oetus cũ. œ. diphthongo &. t. exili scribĩ: nã apud græcos est diphthongus ex. ω. mega &. ι. unde ωιτος ab illis scribĩ: sed a nobis œtus traducĩ: Vt in secũdo hoq; cõmentarioq; lib. uidimus: fuit frater Ephialis: & filius Alœi: pugnauitq; cum diis in creta: ut dixit Salustius: unde œtii campi dicti sunt.

Oethyni pria cũ. œ. diphth. sequens cũ. th. aspirato &. y. græco scribĩ: populi fuerunt iuxta pontũ.

Ogdous cum. g. ante. d. scribĩ: fuit teste Diodoro siculo lib. historiaq; ii. Aegypti rex: quin & Vohoreus cognominatus ẽ: & Memphim condidit: ut uidimus in dictione memphis.

Ogygia secũda cũ. y. græco: penultima cũ. i. latío scribitur: insula est ut qdam ferunt phœnicii & syrii maris: Sic quoq; ab Ogygio rege in ea regnante cognominata: de q̃ Home. in lib. i. odysseæ νᾶσόν τε ὀγύγιήν ὀτρυνομεῦν. Nã uoluit ĩ ea postea regnũ fuisse Calypsus: ut in dictione Calypso uidimus.

Ogygius eodem modo cũ superiori dictiõe scribĩ: fuit teste Seruio super Silenũ Virgilii thebanorũ rex sub quo primum diluuium fuisse dixit Varro in prologo libri tertii de re rustica: quã longe antiquiorẽ urbana ostẽdere conaĩ. Et fuisse tẽpus ait: quo rura colebãt hoĩes: nec ciuitates habebant. Et subdit: estq; uetustissimũ oppidũ Boetiæ Thebæ: quod rex œgygius ædificauit: peractis iam duobus millibus annoq; & centum. Sed ut diuus Augustinus de ciuitate dei li. xviii. rettulit tẽporibus inqt œgygii regis diluuium magnum factum est: non illud maximum: quo nulli homines euaserũt nisi qui in arca fuerunt. Sed tamen maius: quam quod postea tempore Deucoliotiis fuit.

Oicleus cum. i. latino diuisa syllaba ab. o. scribĩ: nã neq; apud græcos ẽ diphthongus: fuit filius Antiphatis filii Melamphi dicente Homero li. xv. odisseæ. ἀντιφάτης μελαμπίκτεν οἰκλῆα μεγαθυμον: Idem fuit pater Amphiarai argiui uatis.

Oileus cum. i. latino diuisa syllaba ab. o. scribitur: ut de superiori dictione diximus. Nõ enim potest esse diphthongus ut Virgilius ĩ primo. Vnius ob noxiam: & furias Aiacis oilei: fuit locrorum rex & pater Aiacis oilei.

Olympus cũ. y. græco scribitur: quo nomine quatuor diuersos legimus mõtes. Vnus ẽ iter Thessaliã & Macedoniã altissimus: dicente Lucano ĩ secũdo. Nubes excessit olympus lege deũ. Alius ẽ ĩ Gallo græcia. Alius apd̃ mysios: ad cuius radices urbs est Prusa ab Hannibale ut ferĩ extructa. Quartus est secus mare rubrum in Aethiopia. Haud longe ab Helipoli ciuitate: qui oriente sole usq; ad quitã diei horam flammas emittit. Adde quod de hoc dicit Claudianus in Stilicone: sed ut altus olympi uertex qui spatio uẽtos hyemesq; relinquit.

Perpetuum nulla temeratus nupe serenum.
Celsioe exurgit pluuiis: auditq; ruentes.
Sub pedibus nimbos: & rauca tonitrua calcat.

Olympias eodẽ mõ atq; i. latio ĩ penultima scribĩ.

Olympiõices secũda cũ. y. græco: aliæ cũ. i. latío atq; c. exili scribĩ: is dr̃ q in olympico certamine uicit q̃si olympioq; uines. i. uictor a νίκη: q̃ est uictoria.

Olor cũ unico. l. scribĩ: fuit teste Herodo. lib. histo. sexto Traciæ rex: q filiã suã Hegesiphilen Melciadi duci athenien̄sium uxorem dedit. Est etiã olor auis alba: quæ alio græco nomine cygnus dicitur.

Olenos cum unico. l. & unico. n. scribĩ: ciuitas ẽ Aetoliæ: ut ostẽdit Homerus ĩ secundo iliados: iuxta quam aper ille calydonius occisus dicĩ. Aliam ponit ignius de astronomia poetica in Boecia ciuitatẽ esse: sic quoq; cognominatã ab oleno Vulcani filio: de qua forte intellexit Seneca in troade: cũ ait.

Olenos tectis habitata raris. Quĩ & ĩ ea amalteã caprã nutritã fuisse qdã asserũt: q̃ postea ad cælũ tracta ferĩ: dicẽte Ouĩ. i. xvi. epi. hero. Pleias & arctophylax: olenq; ũq; pecus. Et ĩ li. fast. v. Nascĩ oleniæ signũ pluuiale capellæ. Et ide olenius ut Flora ad Iunonẽ apud Ouĩ. in eodem quinto fastorum ait.

Quod petis oleniis inquam mihi missus ab oris.
Flos dabit: est hortus unicus ille meis.

Olynthus cum. y. græco &. th. aspirato scribitur: fuit ciuitas Sithoniæ iuxta articã: quæ cũ ab athenien̄sibus deficeret: & Philippo se dedisset: fuit demum ab athenien̄sibus euersa.

Ombrici cũ. i. latino &. c. exili scribitur populi sunt iuxta illyricos: ex quoq; locis teste Herodoto libro historiarum tertio capris & alpis fluuii uersus boream in istrum cadunt.

Omonyma cum. y. græco scribĩ: ea dicunt quæ solum idem nomen habent: hoc est non etiam rationem & traducuntur æquiuoca.

Omphacium cum. t. exili &. i. latino scribĩ: est genus uini certo artificio. cõfecti: ut ostẽdit Pli. li. decimoquarto natu. histo. & deriuaĩ ab ὀμφαξ: qd̃ uuam significat acerbam.

Onager cõ unico. n. scribĩ dicĩ a nostris asinus siluestris. Nã cõpõĩ ex ονος. qd̃ ẽ asinus. & αγριος ὀμφαξ uua.

silueſter:de quo Virg.i q̃rto geor.Sæpe etiã curſu timidos agitabis onagros.

Onchiſton cũ.ch.aſpirato &.i.latio:atq;.t.exili ſcribiť:locus ẽ teſte Home.li.ilia.ii.i finibus thebaꝝ.

Oneſicritus abſq; aliq̃ aſpiratiõe &.i.latio ubiq; ſcribiť:fuit philoſophus qdã quẽ nõnulli æginenſem dicũt Demetrius uero magneſius illũ aſtipalẽſem fuiſſe dixit: fuit Diogẽis diſcipulus.Et ut Xẽophõ cum Cyro:hic cum Alexandro militauit.Et ut ille Cyri pædiam:hic Alexandri ſcripſit initia & ut ille Cyri:hic Alexandri proſeqtur laudes. Dicitť ẽt ſtilus utriuſq; quam ſimillimus.

Onyx cũ.y.græco ſcribiť:gẽus ẽ lapidis i ſimilitudinẽ unguis.Nã onyx græce latie unguis dr̃ de quo Ho.i q̃rto carminũ.Nardo uina mereberis nardi puus onyx eliciet cadũ.Qui nunc ſulpitiis accubat horreis.ubi Acrõ dixit:onyx metallũ gẽmæ ſimile:de quo unguẽta adorata fiebãt pua uaſa.Sed Luca.de gẽmis mihi locutus uideť : cũ dixit ad luxũ oſtentãdũ.Totaq; effuſus in aula Calcabať onyx.

Onytes cũ.y.græco &.t.exili ſcribiť:nomẽ ẽ uiri ꝑ priũ:qđ Dõatus ſup.xii.æne.Virg.aut gentile: aut patronymicũ putauit:ſe tamen gẽtẽ neſcire fateť. Sed ſeruii magis ſententia placet:q ꝑprium exiſti mauit:& deriuari puto ab onyx:ac forſitam onyces cum.c.exili primitus ſcriptum.

Onomatopœia cũ.t.exili &.œ.diphthõgo atq;.i.latino ſcribiť:ẽ ονοματοσ.i.nois:ποιηα fictio. Nã cũ uocis cõfuſæ nomẽ ad imitãdũ ſonũ effingius: eiuſmodi figurã facimus:ut ouiũ dicimus balatũ: boũ mugitũ:equoq; hinnitũ:terribilis buccinæ ſonitum taratantara.

Ennius:At tuba terribili ſonitu taratantara dixit. hac etiã figura dicitť:turť:grus:ſcorpha: q̃ nouiter comperire nobis raro cõceditur:græcis uero teſte Qui.iter maxias eſt habita uirtutes.

Onophrius cũ.ph.aſpirato recte ſcribiť.nam deſcẽdit ab anos qui eſt aſinus.

Opheltis cũ.t.exili &.i.latio ſcribiť:fuit uir troiãus.

Opheltes cũ.t.exili ſcribiť:fuit nauta tyrrhenus: de quo Oui.i tertio metamor.aſſumus en inquit ſotioꝝ primus opheltes.

Opites cũ.i.latino &.t.exili ſcribiť:fuit uir argiuus: & ab Hectore in bello interfectus.

Opheleſtes cũ.t.exili ſcribunť:fuit uir troianus.

Ophis cũ.i.latio ſcribiť dr̃ apd̃ nos ſerpẽs.unde Cotta in arateis uerſibus apd̃ Cice.i.ii.de natura deoꝝ de ſerpente loquens inquit.

Quẽ clare perhibent ophim cognomine græci.

Ophiulchus cũ.i.latio &.c.exili ſcribiť : deriuať ab ophis.& dr̃ a nr̃is ſerpẽtarius quẽ Seruius ſup.xi. æne.Aeſculapium eſſe dixit.

Ophiophagi eodẽ mõ ſcribiť:& hi ſunt q ſerpentes mãdũt.Nã q; ap̃ græcos phago:a nobis mãdo dr̃.

Ophiogenes cũ.i.latio & unico.n.ſcribiť dr̃ ſerpẽtibus gẽiti:quos dixit Pli.li.vii.na.hi.teſte Erato pgamẽo circa helleſpõtũ puũ gẽus hoium fuiſſe ſerpẽtũ icto tractu leuaꝝ ſolitos:& mãu ipoſita uenẽa leuaꝝ corpi:unde a ſerpẽtibꝫ gẽus tragiſſe dicebãť.

Ophites cũ.i.latio &.t.exili ſcribiť:ẽ teſte Plinio.in xxxvi.na.hi.genus marmoris maculas ſerpẽtinas detinẽtis:a qbus nomen ipſum aſſumpſit.

Opobalſamũ cũ unico.p.ſcribiť & ẽ ſuccus balſami ωπος enĩ græce latie ſuccus dr̃:ũde & ꝑ quocũq; odorifero ũguẽto aliq̃ ſumiť.lu.i.ii.ſa.Sed tũ uũ Hæc emis hirſuto ſpirant opobalſama colo q̃ tibi.

Ops cũ.p.ante.s.ſcribiť:fuit filia Cæli ex Veſta:& ſoror uxorq; Saturni.Quã ut refert Ser.i.xi.æneid. græci Rheã uocant.Vnde latiná dictionẽ ops non græcã puto:& corrupit.o.ut ops opis.Dr̃ ẽt copia: ſed i hac ſignificatiõe noiatiuus i freq̃nti uſu nõ ẽ: niſi i cõpoſitiõe:ſed tũc quoq; cõis ẽ generis ut hic & hæc ĩops huius ĩopis.ueſtutiſſimi tamẽ teſte capro:hic & hæc & hoc ops & cops ꝑ eo:q ẽ opulentus & copioſus:qn & ꝑ auxili ꝑferebant. Et actiũ quoq; de Her.ſit dicẽtẽ iducit. Quoꝝ gẽitor ferť eẽ ops gẽtibus pro opẽ ferẽs:& auxiliũ gẽtibus Terẽti.iuno lucia fer opẽ:ſerua me obſecro.itẽ in gẽitiuo apud Ouid.de remediis legitur.Carminis & medicæ phœbe reptor opis. At opes i nũero plurali pro cẽſu accipius Hora.in quarto carminum : p damna p cedes ab ipſo Ducit opes : aiumq; ferro: de romano populo loquæbatur.

Opis cũ.i.latio i noiatiuo nympha fuit:ac primã ꝑducit:ut opis ad æthereũ pẽnis auferť olipũ. Vir.i .xi.Velocẽ iterea ſuperis i ſedibus opi Compellabat.Eſt ẽt opis teſte Hero.i.hi.ciuitas iuxta q̃tigris ꝑfluit:& mare rubꝝ ingreditur.

Opſoniũ cũ.p.ante.ſ.atq;.i.latino ſcribiť:ſic.n. apud græcos οψονιον ſcribiť:ſed ex nr̃is ꝑ.i.b.ob litteraꝝ uicinitatẽ:nõnulli cõuerterũt:quod ſæpe fieri ſupra oſtendimus : Et eſt qcqd comedendo additur pani & uino. Ac ſecundã eius ſyllabam uti græci:ſic & noſtri producunt.Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie Manubria cultellorum.

Oſſea nõ tamẽ his ulla unq̃ obſonia fiũt Rãcidula

& ſic uerbũ obſono uel obſonor neutꝝ.uel ꝺponẽs

Ophthalmos cũ.ph.aſpiratis ſcribiť:dr̃ a nr̃is oculus:ſed ſic quoq; nõ niſi i cõpoſitis qbuſdã: & deriuatiuis trãſcribiť:ut ophthalmia:q̃ ẽ oculi ifirmitas.Et triophthalmus lapis:ut teſte Pli.i ultio na. hi.tres hoies oculos ſimul exprimit:& ægophthalmus lapis alius:q caprinũ oculũ repſentat.

Opterus cum.t.exili ſcribiť:eſt aũt ut Iuue.ur̃ uelle oſtendere:auis cũ iquit in ſaty.Atticus eximie:apd̃ quẽ ſcilicet tripheꝝ Sumine cũ magno lepus atq; aper ac epicardus.Et ſcythiæ uolucres: & phœnix operus ingens.

Et gentulus oryx hebeti lautiſſima ferro Cædiť.

Oreades cum unico.r.abſq; diphthongo: nymphæ ſunt ſic quoq; cognominatæ ab oreſi ideſt montibus quos inhabitare ſolebant.

Oreſtes abſq; aliqua aſpiratione ab emandatiſſimis græcis ſemp ſcribiť:& ab oros quod apud nos eſt mõs deriuatũ nomẽ dicũt: atq; ob magnitudiem illius eiuſmõi nomẽ ſic quoq; a poetis effictũ : quẽ ĩſtar mõtis fuiſſe dicũt:Vnde Solinus corpus eius iquit iuſſione oraculi apud taygetã montẽ iuentũ ẽ lõgitudinis cubitoꝝ ſeptẽ : quorum qlibet pedẽ & ſemis geometrica rõne dicitur contiere. Et fuit oreſtes Agamẽnonis regis mycenaꝝ filius ex clytæmneſtra cõiuge hic paruulus Hermionẽ Menelai patrui:& Helenæ filiã deſpõſauit. Sed cũ opera Clitæmneſtræ matris & Aegiſthi adulteri pr̃ Agã

ficatū dicit. Laertius uero Diogenes pro uera hi//
storia dixit illū nō a mulieribus discerptū: sed flu/
mine deperisse: idq; epigrāma imacedonia scriptū
ostendere ubi a musis sepultus dr. & ut ait Ouid.
Ille ēt thracū populis fuit auctor amorem.
In teneros transferre mares: citraq; iuuentam.
Aetatis breue uer: & primos carpēr flores. Habeo
huius antiqssimi poetæ hymnos ad deos ferr oēs
hēo argonautica: sed nō illius opus esse dixit Ari/
stoteles. Ponitur & nonnunq; adiectiue. Orpheus
ut Martialis in primo. Quicquid orpheo rhodo/
pe spectasse theatro.
Dicitur exibuit cæsar arena tibi.
Orsilochus cum .i. latino & unico .l. atq; .ch. aspirato
scribit: fuit teste Home. li. ilia. y. filius Alphei flu/
mis q lato gurgite terrā iterfluit pyliorum: & ma/
gni populi princeps fuit. Nā Orsilochus gēuit Dio
deū: Diodeus ipe gemios gēuit chretōa: & orsilo/
cū: q gratificātes Agamēnōi menelaoq; una cū illis
aliisq; pricipibus ad Troiā nauigarunt: & uno oc/
cubituri horæ momēto: quos ut ipe ait pstantissi/
mos uiros: & i oi gener belladi pitissimos: magna
nimus Aenea corā Agamēnone interemit.
Ortygia secūda cū .y. græco: penultia cū .i. latio scri/
bit: ista ē i mari ægæo: & alio noie delos dr: Sed
ortygia cognominata Solio teste: qa i ea primū ui/
sæ sūt coturnices: qs græci ortigias uocant. Nos a
sono uocis qlias dicimus. Sed de ortygia talē Ser/
uius sup tertio æne. Et Lactātius sup primū the/
baidos: fabulā rettulerūt. Postq; iqunt Iuppiter La/
tonā uitiauit: eius & sororē noie Asteriē uitiare co
natus ē: q miseratiōe numinū i auē conuersa fuit: q
nos coturnicē dicimus: At Iuppiter i aglā se uertit:
ut eā reperet. illa uero eadē miseratiōe numinū i la
pidē cōuertit: qui diu sub aquis latuit: sed suppli/
cāte ioui latona super aquas deferri cœpit. Interim
cū Iuno Latonā grauidā persentisceret: in missō cō
tra illā phytone serpente p oēm terrā psecuta est: q
tandem cū ad littora maris deueniss̄et a sorore su/
scepta fuit: dicente Ouid. li. vi. metamor. Errātē ac/
cæpit tūc cū leuis insula nabat scilicet ortygia. In ea
ergo ista peperit latona Dianam & Apollinē a q/
bus delos ē cognominata. ut in ea dictione uidius.
Nec passi sunt eā amplius errare: sed illā teste Vir.
i tertio æne. Pius architenens oras & littora circū
Errātē mycone excelsa gyatoq; reuixit: Immotāq;
coli dedit & contemnere uentos.
Ortygia eodē mō scripta: ista alia fuit circa Siciliā
ex oppositō ad plemmyriū Siciliæ fluuiū: de qua
Vir. circa finem tertii æne. ait.
Sicano ptenta sinu iacet ista contra.
Plemmyrium undosum: nomen dixere priores.
Ortygiam alpheum fama est huc elidis amnem.
Occultas ægisse uias super mare qui nunc.
Ore aretusa tuo siculis cōfunditur undis. de quo i
dictione aretusa satis uidimus.
Ortona cū .t. exili scribit urbs est pelignorum circa
adriaticum pelagus.
Orthos cū .th. aspirato scribit: & iterprætatur a no/
stris rectus: nec nisi i compositione eo utimur.
Orthographia cū .th. &. ph. aspiratis: atq; in penul/
tia cū .i. latio scribit: dici pōt a nris recta scriptura.
Nā cōponit ex opθos & γραφιά: quæ est scriptura
Quin. uero recte scribēdi scientiam iterprætatur.
Orthogoniū cū .th. aspirato & .i. latino scribit: dici
pōt ad uerbū recti angulus. Nā cōponit ex orthon
qđ ē rectū & γωνιον angulus. Est. n. figura habēs
rectos angulos. γωνιον angulo
Orthodoxus eodē mō scribit: & latiæ rectæ opinio
nis aut fidei iterptat. Nā λοξα gloriam & existima
tionē: siue opinionē & fidem: & sentētiā designat.
Orthoepeia cū .th. aspirato & diuisis uocalibus scri/
bit: & pferr & teste Qui. dici pōt emēdata cū sua/
uitate uocū explanatio. Nā componit: ex orthon:
quod est rectū: & ε῾πος carmen.
Orthocorybātii secūda cum .th. aspirato: seqns cū .c.
exili: sequens cū .y. græco ultima cū .x. exili scribit:
sunt teste Herodo. in .iii. histo. lib. populi scythiæ
quæ est in Asia.
Oscylla & græcā & latinā pōt ētymologiā cōtinere:
ut ostēdit Seruius sup. ii. geor. Nā ex os: q ē facies:
& cylleo qđ ē moueo cōpōi dicūt: eo qđ teste Vir.
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu: idest facies
quasdā pictas p funiculos: ut hinc ide moueri pos/
sint: & alta suspendebant pinu.
Osiris cū .i. latio utrobiq; scribit: & fuit secūdū poe/
tas græcos quos nri sequunt: Iouis filius ex Nio/
be filia Phorōei: licet eū ægyptū fuisse lōgo pces/
su referat Diodorus græcus historicus libro hist.
i. Hic ut græci & nostri affirmāt: cū Phorōeo auo
in argiuorum regno succederet & per annos plu/
res argiuis iperasset: Aegileū fratrē regno achaiæ
præfecit: ipse uero maioris gloriæ cupidie captus:
ad ægyptios transfetauit: quos cū suo summisis/
set iperio: isidē inachi filiā primum Io dictā & ad
ægyptios effugatam: matrimonio sibi copulauit.
Qua deide magistra ægyptii litteras didicere. Osi
ris similiter cum rudes eius loci hoies multas res
& homini q maxime conuenientes edoceret: diui/
nos ab illis est adeptus honores: dicente Tibullo.
Primus aratra manu, solerti fecit osiris.
Et teneram fero sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ.
Pomaq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere uitem
Hic uiridē dura cædere falce comā. Et alia plura: q
idē poeta pseqt. Sed tādē teste Calliacho ægyptio
historico: quē secutus ē Seneca li. quē de sacris ægy
ptioq; cōposuit: cū osiris a Tityphōe: uel ut ait Ser.
sup. vi. ædei. a Tiphōe frē occulte occisus & laniatus
fuisset: & uxor isde diu eius mēbra qrerēt: nec iue
